

Ald.
880

Ald. 880

hist. Germ. V. 663. R. 112.886
Quart. 65
INSCRIPTIONES
ANTIQUAE
AUGUSTAE
VINDELICORVM.

*Duplo auctiores quam antea editae, &
in tres partes tributae.*

Cum notis
MARCI VELSERI
Matthaei F. Aug. Vind.



CVM PRIVILEGIO.
VENETIIS, MDCCXC.
Apud Aldum.



LECTORI S.



EN tibi, amice Lector, quidquid literatæ antiquitatis rei Augustanæ illustrandæ reliquum. *Divinitas miseras* inquires. Omnino. Sed liberi non ingrati, quantumvis tenuem parentum hereditatem non deserunt, & ex naufragio tabulas quoque legimus. Optimus, & fortissimus Imp. Maximilianus Maior, ante annos plus minus \overline{XC} . hæc primum, Conradi Peutingeri V. C. opera colligenda & publicè edenda curavit. Quod factum nulla unquam nostrorum hominum pietas satis compensabit. Et si eandem curam maiores curassent, antequam res, temporum pari incuria, ac incitia, ad has angustias redactæ, illustriori profecto loco Augustanæ origines consisterent. Nunc saltem in fundo parsimoniam quærere, ut est vetus verbum, rectum existimo. Magnum ergo exemplum emulatus, quidquid

A 2 Peutin-

Ex
Hereditate
Steinwehriana



L. i. 334244

Y 61887

Peutingeri complectebatur editio, vulgavi iterum: adieci quæ post Peutingerum lucem asperere, aut quæ aliàs inquisitionem hominis diligentis effugere: præterea quæ extra limites Augustanos res nostras quoquo modo tangunt: Notas denique, non omnino ociosas, si rectè puto; in quibus si quandoque media die lucem intulisse uideor, culpam non deprecor: Nam nostris hominibus, quicumque eorum talia curare possunt, non eruditis tantum scriptæ sunt. Illud porrò te Lector ualde uolo monitum, me descriptoris fidem nullibi præstare. Huic fini, quem auctorem sequutus sim ferè expressi: Vbi nomen omissum, ibi me manuscripto exemplari usum scito. Quæ uariè legi animaduerti, admonui. Vale. Augustæ Vindelicorum.

PRIMA PARS.

3

1. Augustæ, ex Peutingero. Cuius posteriorem editionem sequuti sumus, Vt tamen eorum, quæ diuersè in priori leguntur, rationem haberemus.

D. M. ET
PERPETVAE. SECVRITATI
OB. MEMORIAE.
PVSINTI. ET.
VICTORINAE. SOCR^s
ET. PVSINNAE.
CONIVGI. DVLCIS
SIMAE. TVS

D. M.] *Dij's manibus.* PERPETVAE. SECVRITATI.] *Significat hoc monumento tum nomini, tum cadaueri, perpetuo cautum.* OB. MEMORIAE.] *Insolenter dictum, nisi descriptor fallat. Fortassis, ET. MEMORIAE. aut, OB. MEMORIAM.* CONIVGI.] *fortasse, CONIVGIS.*

2. Augustæ, ex Peutingero.

VITALIVS. VIGOR.
SIBI. ET. VITALIO.
VIRILI. FRATRI.
VIVOS. FECIT.

D.

INSCRIPT. ANTIQVAE

D. M. Al. præponitur huic inscriptioni. VITA-
LIVS. Al. VITALIS. VIVOS. pro Vinius. Nam
O. apud ueteres sæpe V. uices subiit.

3. Augustæ, ex Peutingero.

.. CVRIONI. AL. III. L. ET.
.. COS. ET. FL. DECORATO.
.. LEG. III. ITAL. V. S.
V. I. V.

Lapis est mutilus. Et cum inscriptio ad duos pertinue-
rit, prioris nomen penitus periit. Reliqua sit restituo.
CURIONI.] DECURIONI. AL. III. L. Decurioni
Ala tertiæ legionis, Puta Italica. Que ala, & cur ala, ui-
dendus Vegetius lib. 2. c. 1. Qui eorum Decuriones, lib. eodem
c. 14. Habentur in marmoribus, DECURIONES. ALAR.
PROVINC. MAVRETAN. DEC. ALAE. INDIANAE.
EX. DEC. ALAE. I. COM. Et alia huius generis sexcen-
ta. COS.] Consul. Sive BE. sive, BF. sive quid
simile præcessit. Explicabo autem has litteras proxima in-
scriptione. LEG.] Si uel MIL. Militem, uel VET.
Veteranum præponamus, totius inscriptionis sensus satis aptè
coherebit: Nisi quod de principio diuinare non licet, & po-
strema pars in lituris est. Lazius Comment. Reip. Rom. lib.
6. c. 2. perperam legit, CURIONI. AL. III. VIN.

4. Au-

PRIMA PARS.

4

4. Augustæ, ex Peutingero.

IVLIO. MACRINO. QVONDAM.
VETERAN. MLT. EX. BI. COS.
CONIVGI. CARISSIMO.
SECUNDIA. SERVATA. ET.
SIBI. ET. IVLIIS. ET.
ALPINO. ET. ALPINAE. FILIIS.
BENEVALENTIBVS. F. C.

MACRINO.] Al. MACRIANO. VETERAN.
MLT.] Veterano Militi. EX. BI. COS.] BI. su-
spectum. Cum BE. COS. BF. COS. quod utrumq; est Be-
neficiarius Consul, uti etiam Beneficiarius Proconsul, Be-
neficiarius Prætoris, Beneficiarius tribuni, sæpe legam, Valde
suspicio hoc utrumvis horum substituendum esse. Nam in
litteris Romanis grandibus, facilis est ex E. aut F. in I. la-
psus. Porro beneficiarius quis sit tradit Vegetius lib. 2. c. 7.
Si tamen BI. omnino retinendum, me ad explicationem ha-
rere fatebor. Nam Biarchum (quod nomen inter agentes in
rebus extat Cod. Justin. lib. 12. tit. 20. l. 3.) nemo huc traxerit.
EX. Vacationem significat. Cuiusmodi leguntur in lapidi-
bus, EX. DEC. EXSIGN. EXCORNICVLARIVS.
Vt C. Iulius Macrinus, Veteranus Miles, & Consul exbene-
ficiarius fuerit. Panuinius in Fastorum commentario, ad an-
num urbis CMXVII. aliam lectionem probat, QVONDAM.
VETERANO. MILITI. ET. BIS. COS. Atq; cum Macri-
num accipit, qui illo anno Consul fuit, Celfo collega. Ego re-
quiro iudicium hominis eruditi. Quis ferat bis consuli uete-
ranam militiam ascribi? ET. IVLIIS. ET. ALPINO.
ET. ALPINAE. FILIIS. BENEVALENTIBVS.] Al.
ET. IVLIIS. ALPINO. ET. ALPINAE. FILIS. B. M.
Benemerentibus. F. C.] Fieri Curauit.

5. Au-

5. Augustæ, ex Peutingero.

C. MANAGNIO.
IVSTO. T. LEG. III.
ITALIC. & MANA
GNIA. FABRIANA.
FILIA. ET. HERES.
FACIENDVM. CV
RAVIT. INSTANTE.
MANACNIO. NI
CIATE. LIBERTO.
EXH. N. XVI.

T. LEG.] Tribunum legionis ego, non nemo tibicinem
intelligit. FABRIANA.] Al. FABIANA.
MANACNIO. NICIATE.] Al. MANAGNIO. Re-
tè, nam libertus patroni nomen assumpsit. EXH. N.
XVI.] Smetius EX. H. S. N. XVI. Significat im-
pensam funeris, aut sepulchri, Sestertium nummum sex-
decim mille. Aequant, ad Budæi calculum, aureos nostros
quadringentos.

6. Au-

6. Augustæ, ex Peutingero.

IVL. VICTOR.
SPOLIATORI.
QVONDAM. VESTIAR.
TESTAMENTO. EIVS.
IVL. CLEMENS.
AQVILIFER. LEG. III. ITAL.
FRATER. EIVS.
F. C.
D D

IVL. VICTOR. Iulio Victori. SPOLIATORI.
QVONDAM. VESTIAR. Si Spoliatorem pro cognomine
accipimus, ut Iulio Victori Spoliatori simul cohereant, clara est
inscriptio. Sin hic sensus (quod potius existimo) Iulium Victo-
rem, quondam uestiarium spoliatorem fuisse, Videndū quis Spo-
liator. Nam uestiarium apud Iurisconsultos uestiū negotiatorem
esse scimus. Ita Dig. lib. 14. tit. 3. l. 5. lib. 38. tit. 1. l. 45. Cod. lib. 10.
tit. 47. l. 7. At Spoliatorem legere non memini. Spolia dicuntur
Dig. lib. 48. tit. 20. l. 6. Vestes quibus indutus quis cum ad sup-
plicium ducitur. Sed an qui reum spoliabat, privato nomine spo-
liator dictus, nescio, neq; puto. Pronior sum interpretari, Spo-
liatorem Vestiarium, eum qui uestes, & ornamenta prabet, ap-
paratibus publicis, præcipuè gladiatoribus. Hæc enim spolia ap-
pellata videtur, eadem ratione, qua reorum illa, quod is mox spo-
liandi. Fortassis etiam ludorum spoliaria (de quibus pleraq; Lip-
sius Saturn. lib. 1. c. 18. et de Ampli. lib. 2. c. 21.) nomen accepere,
quod gladiatoris ornatus ibi coditus, inde sumeretur, illic pone-
retur. DD] Smetius non habet. Aut Dedicationem sepulchri,
aut Decreto Decurionū monumento locū datum esse ostendunt.

- 2

B

7. Au-

7. Augustæ, ex Peutingero.

D. M.
IVLIO. AMANDO. MIL.
LEG. III. ITAL. LIBRARI. COS.
VIXIT. ANNIS. XXX.
IVLIA. PATERNA. MATER.
FECIT. SIBI. ET. FILIO.
PIENTISSIMA. VIVA. EX.
PECVNIA. SVA. FECIT.

LIBRARI. COS.] *Librario Consul. Erant librarij qui libros, & instrumenta scribebant. In castris, (ait Vegetius lib. 2. c.) qui in libros referebant rationes ad milites pertinentes.* PIENTISSIMA.] *Al. PIENTISSIMO. Vtrumvis aptum sensum exprimit.*

8. Augustæ, ex Peutingero.

MERCVRIO.
CVIVS. SEDES. A. TERGO.
SVNT.
APIVS. CL. LATERAN^s
XV. VIR. SACR. FAC.
COS. DESIGN.
LEG. AVG. PR. PR.
LEG. III. ITAL.
V. S. L. M.

SE-

SEDES.] *Ita est in lapide, quem ipsemet vidi. Errat Panuinius, qui AEDS. habet.* APIVS.] *Smetius male, AELIVS. Panuinius, APPIVS. Certè hoc Claudiorum prænomen constanter duplici P. scriptum inuenio, Neq; aliter in isto lapide, si quis oculos intendat.* LATERAN^s] *LATERANVS. Panuinius, & Smetius expressere. Coll. git nonnulla de Lateranis Panuinius, in eo libello quem de VII. præcipuis Roma basilicis scripsit.* XV. VIR. SACR. FAC.] *Quindecimuir sacris faciundis. His cum ea cura, quam nomen exprimit, tum præcipuè custodia Sibyllinorum carminum mandata. Primitus bini furere, dein decem, tandem ad quindecim aucti.* COS. DESIGN.] *Consul Designatus. Anno V. C. CMXLIX. Cos. reperio Lateranum, cum M. Mario Titio Rufino. Et cum designatione Consulatum necessario antecedit, aliquando quinq; mensibus, alijs breviori spatio, quod Gruchius ad finem lib. 1. de Comitibus ostendit, efficitur hanc inscriptionem referendam ad annum CMXLIIIX.* LEG. AVG.] *Legatus Augusti, Sept. Severi scilicet, Cui inter primos charus. Nec de alio accipias, quæ habet vulgata Victoris editio in Severo, In amicos inimicosq; pariter vehemens: quippe qui Lateranum, Cilonem, Anulium, Bassum, ceterosq; alios ditaret, adibus quoq; memotatu dignis: quarum præcipuas videmus Parthorum quæ dicuntur, ac Laterani.* PR. PR.] *Pro prætore.* V. S. L. M.] *Votum soluit lubens merito. Qua fieri formula vti vota soluentes. An signum Mercurij quod Peutingerus delineavit, ad hanc inscriptionem pertineat, dubia coniectura est.*

9. Augustæ, ex Peutingero.

D. M.
AELI. CRIS
TENTI. IVL. MA
T.

Hec mutila sunt. Apparet tamen Iuliam matrem filio monumentum posuisse.

B 2 10. Au-

INSCRIPT. ANTIQVAE

10. Augustæ, ex Peutingero.

D. M.
PERPETVAE.
SECVRITATI.AVL.
SILVANO.VETERANO.
MIL.ITAL.MVL.VP.
IVL.PACON.V.CL.CAT.
N.STA.CL.CA.CLEMENS.
POSVIT.

Est in eodem lapide cum priori inscriptione, sed alio latere. MVL.VP.] Quidam explicant, Multis Victorijs Potito, nam alias distinctè legitur, V.P. IVL.PACON.V. CL.CAT.N.STA.CL.CA.CLEMENS.] Hic me cœcutire fateor. Satis video Clementem Aulo Silvano, & Iulio Paconio titulum posuisse, Sed ad singulares litteras hæreo. Afferam tamen coniecturas, quarum nolim esse fideiusfor. IVL.PACON.V.CL.CAT.N. Iulio Paconio, Viro Clarissimo, Catalo Natione. Catali nominantur cum Carnis in veteri epigrammate, cuius meminit Turnebus Aduers. lib.9.c.21. STA.] Nihil expedio. Neq; Stableiani equites, quorum statua in Retia, ex Notitia provinc. huc faciunt. CL.CA.CLEMENS.] Claudius Ca. . . . Clemens inscriptionem posuit. Medium nomen non est ex diuinatione reponere. Cum plura apud Romanos ab his litteris incipiant.

11.Au-

PRIMA PARS.

11. Augustæ, ex Peutingero.

IN.H.DD.DEO.SILVANO.
TEMPL.CVM.SIGNO.VE
TVSTATE.CONLABSUM.
SEXT.ATTONIVS.PRIVATVS.
CIVES.TREVER.IIIII.VIR.
AVGVSTALIS.PECVNIA
SVA ꝓ.RESTITVIT.

IN.H.DD.] In honorem dedicatum. TEMPL. Templum. A. Gasparus scripsit Silvanum lacte cultum, in eo foro ubi nunc lacticia prostant. Fides sit penes auctorem. CONLABSUM.] Al. Conlapsum. ATTONIVS.] Al. ANTONIVS. CIVES.TREVER.] Cives Treuerensis, neq; est insolens apud antiquos E. pro I. IIIII.VIR. AVGVSTALIS.] Sexuir, vel Senir Augustalis. Augustalitatem (nam hoc nomen occurrit in marmoribus) aut magistratū, aut dignitatem fuisse constat. Et Augustales ab ordine Decurionum creatos, observavit Alciatus, ex antiqua inscriptione, in Annotat. in tres post. lib. Cod. tit. de Decur. l. quinque summates. Alij sunt Augustales in Legione, de quibus Veget. lib.2.c.7. ita dicti quod ab Aug. ordinarijs iuncti.

12.Au-

INSCRIPT. ANTIQVAE

12. Augustæ, ex Peutingero.

.....

 CONSVLARES.HO.
 ATINIAE.GEMINAE
 PEREGRINIVS.BELLI. . .
 HOMINIBVS.BONIS.

*Est difficile est aliquid certi ex huius generis fragmentis
 eruere, tamen audendum. Puto itaq; Peregrinium Belli. . .
 (Al. Bellico. . . scribitur) epitaphium posuisse viro alicui
 Consulari, cuius nomen deest, & uxoris eius Atiniae Geminæ.
 Nam CONSVLARES.HO. . .] Consulares ho-
 nores adepto interpretor. HOMINIBVS.BONIS.]
 Huius generis sunt, HOMINI.BONO.HOMINI.SAN-
 CTISSIMO.HOMINI.ET.AMICO.OPTIMO. Et
 a eud Smetium f. 75. n. 70. HAVE.HERME.HOMO.
 BONE. Suetonius de Claudio scripsit c. 24. Ornamenta Con-
 sularia etiam procuratoribus ducenarijs indulgit. Neq; ego
 scio an non ad procuratorem aliquē Ratiæ hic titulus pertineat.*

13. Au-

PRIMA PARS. I

13. Augustæ, ex Peutingero.

D. M.
 PERPETVAE.SECVRITAT^r
 CRASSICIO
 CONSTANTINO.
 INFANTI.DVL
 CISSIMO.QVI.
 VIXIT.ANNOS.VII.
 AELIVS.AELIANVS.
 CRASSICIA.VRSA.
 PARENTES.FACI
 ENDVM.CVRAVERVNT.

*Omnia plana, & dilucida. Nisi quis monendus sit ad illud,
 AELIVS.AELIANVS.CRASSICIA.VRSA. } Con-
 iunctionis particulam saepe omitti, ut tamen subaudienda sit.
 Smetius illam inseruit, AELIVS.AELIANVS.ET.CRAS-
 SICIA.VRSA.*

14. Au.

INSCRIPT. ANTIQVAE

14. Augustæ, ex Peutingero.

D. M.
ET. PERPETVAE. SE
CVRITATI.
. VIXIT. ANNOS.
VII. MENS. SEX. DIES.
VIII.
.
.
.
.
.
.
BE
NEMERENTI.
FECIT.

T
VXS
M

Nomina infantis sepulchri, & parentum, siue quis alius monumentum statuit, data opera erasa, cum reliqua illesa permanserint. Postremas litteras. TVX SM] ego non assequor.

15. Au-

PRIMA PARS. 1

15. Augustæ, ex Peutingero.

PLVTONI. ET.
PROSERPIN
AE. FLAVIA.
VENERIA.
BASSA. EX.
VISV. AEDEM.
D. S. P. V. I. S. L. M.

Ex. VISV.] *Quod per visum monita.* D. S. P.
V. I. S. L. M.] *Golzius, & Smetius explicant, De sua pecunia votum iam soluit lubens merito. Et significant eandem hunc sensum recipere, De sua pecunia, vovit, idē soluit lubens merito. Quod ut alibi verum sit, hunc loco non convenit. Quid si, De sua pecunia votum illis soluit lubens merito?*

16. Augustæ, ex Peutingero.

D. M. S.
CAECILIO.
EUPHROSINO
AN. D. LV.
S. T. T. L.

C Pere-

INSCRIPT. ANTIQVAE

Peregrinus est hic lapis, non originarius; Ex ultima Lusitania Augustam aduectus, ab homine, uti apparet, harum rerum magis volente, quam sciente. D. M. S.] Dijs manibus sacrum. A. N. LV.] Annos quinquaginta quinque vixit Euphrosinus. S. T. T. L.] Sit tibi terra levis. Sic mortuis bene precabantur. Hinc illud Martialis in vetulam. Sit tibi terra levis, molliq; tегaris arena, Ne tua non possint eruere ossa canes.

17. Augustæ, ex Peutingero.

CLAVDIA.
LAVIANA.
F. HERED.

Neq; hac integra videntur. Fieri potuit, ut Claudia, & Launia filia beredes, patri monumentum statuerint.

18. Augustæ, ex Peutingero.

ARC
SACR
C
COSSINVS
PRIMVS

ARC

PRIMA PARS.

10

ARC] Al. ARCI. An Parcis sacra fuit inscriptio? Extat lapis, in quo, PARCIS. AVGVSTAE. SACRVM. COSSINIV.] Al. COSSITIVS. Suauiter rideo illos, qui Sasinum primum Augusta episcopum hic nominari somniant. Smetius has ad finem ascribit litteras, V. S. P. L. L. M. quas explicat, Votum soluit publicè lubens merito. Vt altera L. abundet. Ego malim, Lubens lubens, hoc est valde lubens: aut Lubentes, si inscriptio à pluribus posita. Quidam, Votum soluit, Locum legit memoria.

19. Augustæ, ex Peutingero.

MATRI. PIENTISSIMAE.
LVCRETIVS. CLEMENS.
ET. FL. FORTVNATVS. FILI.
FACIENDVM. CVRAVERVNT.

Præter matris nomen, quod abest, reliqua liquent omnia.

20. Augustæ, ex Peutingero.

MARTI.
CRISPVS. RAE
CI. FIL. V. S. L. M.

Legitur RAECIA. M. F. in Nepefina inscriptione, quam habes apud Smetium fol. 73. n. 5.

C 2 21. Au.

INSCRIPT. ANTIQVAE

21. Augusta, ex Peutingero.

INCOLV
III.IMP.V.COS.
TOTIVSQUE.
VSSVRVS.

Deest apud Peutingerum versus unus, quem hic restituam, simul explere conabor, & integritati reddere maximam inscriptionis partem,

Pro .INCOLVM . L . Sept. Seu.
Aug. Tr. P. III. IMP. V. COS. Procos. P. P.
Opt. Princ. TOTIVSQUE. Domus. Aug. Quod
. . . Colla BSOS. RESTITV
. VSSVRVS

Sept. Senerum, siue muros, siue pontes, siue fornices, vetestate collapsos, restituisse, Et in ultimi versus litteris, eum latere suspicor, qui inscriptionem pro incolumitate Imperatoris, & domus Augusta posuit. Duos enim tantum Impp. observo, qui Tr. P. III. IMP. V. dicti. Puta Domitianum Cos. x. & Senerum Cos. II. At cum Domitiani nulla, & Seneri per multa beneficia in Coloniā Augustanā extent, Credibile est inscriptionem ad posteriorem pertinere. Quā coniectura si evincit, incidet in annum urbis CMXLVII. Cos. Q. Flavio Tertullo, & T. Flavio Clemente. Qui præcessere annum designationis Ap. Claudij Laterani. Neq; absurdum, Lateranum operi, quod ista epigraphe significatur, præfuisse.

22. Ex

PRIMA PARS.

II

22. Ex Peutingero. Lapis Augustam translatus, ex æde D. Nicolai, quæ extra muros stetit.

PERPETVAE. SECVRITATI.
C. IVLIANVS. IVLIVS. DEC. MVN.
IIII VIRALIS. SIBI. ET.
SECVNDINIAE. PERVINCAE.
ERGA. SE. DILIGENTISSIMAE.
FOEMINAE. RARISSIMAE.
SINGVLARIS. EXEMPLI.
PVDICICIAE.
QVAE. VIXIT. ANNOS. XXXXV.
MENS. VII. DIES. XXI. ET.
IVLIANIIS. IVLIO. IVNIORI. ET.
IVGVNDO. ET. IVSTO. FILIIS.
VIVIS. VIVOS. FECIT.

Prior Peutingeri editio pleraq; aliter habet: Et in uniuersum ita concepta est, PERPETVAE. SECVRITATI. IVLIANVS. IVLIVS. DEC. MVN. TRIVMVIRALIS. SIBI. ET. SECVNDINIAE. PERVINCAE. CONIVGI. CARISSIMAE. ERGA. SE. DILIGENTISSIMAE. FOEMINAE. RARISSIMAE. SINGVLARIS. EXEMPLI. PVDICICIAE. QVAE. VIXIT. ANNOS. XXXV. MENS. VII. DIES. XXI. IVLIANVS. IVLIO. IVNIORI. ET. IVGVNDO. ET. IVSTO. FILIIS. VIVIS. VIVOS. FECIT. At posterior editio, est absq; dubio fidelior: Nisi quod versus unus, CONIVGI. CARISSIMAE. aut CHARISSIMAE. ut Smetius habet,

INSCRIPT. ANTIQVAE

habet, omisus. DEC. MVN.] *Decurio Municipij. Dig. lib. 50. tit. 16. l. 239.* Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quod initio cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, consilij publici gratia, conscribi solita sit. *Qui ergo Romæ senatores, ij in colonijs, et municipijs Decuriones. Et quod Cicero in oratione pro Cælio, de amplissimo Puteolanorum ordine loquitur, Decuriones intelligit. At cuius Municipij Iulianum, siue Iulianum, Decurionem dicimus, cum nulum nomen sit expressum? Ego de proxima Augusta Vindelicorum accipio. Neque me commouet, quod Colonia Augusta fuerit, nequaquam municipium. Scio enim hac nomina frequenter confusa. Obseruauit Sigonius de antiquo iure Italiae lib. 2. c. 9. loca ex Lilio & Cicrone, in quibus cum coloniæ tum fœderate ciuitates, municipia dicta. Et scriptor noctium Atticarum lib. 16. c. 13. inquit, Municipis, & municipia, verba sunt dictu facilia, & vsu obuia: & neutiquam reperias qui hæc dicat, quin scire se planè putet, quid dicat. Sed profecto aliud est, aliud dicitur. Quotus enim fere nostrum est, qui cum ex colonia Pop. Rom. sit, non se municipem esse, & populares suos municipes esse dicat? Quod est à ratione, & à veritate longè auersum. Sic adeo, & municipia quid, & quo iure sint, quantumq; à colonia differant ignoramus. Minus itaq; mirū si coloniarum, & municipiorum differentia in prouincia neglecta, aut ignorata. Paulo post iterum de hac re dicendi locus erit.* IIII. VIRALIS.] *Quatuoruiralis, ut Consularis dicitur, Quatuoruir qui fuit. Magistratus is in colonijs, & municipijs: certè in aliquibus, nescio an in omnibus. Neq; de illo statutum habeo an summus, & numero solum diuersus à Duum viris Iuridicundo, an sub Duumuiris.* IULIANIIS.] *Ad Iulium, Iugundum, & Iustum, qui sequuntur, pertinet. Iulianij enim omnes dicti.* IUGVND.] *Smetius, IUGVND.*

PRIMA PARS.

23. Augusta, ex Apiani, & Amantij volumine inscriptionum.

VRIISC
RIVI
V.S.L.L.M.

Nullus Aesculapius huius Hippolyti membra restituat. Ex ultimo tamen versu apparet voti solutio.

24. Augusta, ex Apiano, & Amantio.

MERCVRIO.
AVG. SACRVM.
M. BASSINIVS.
VITALIS.
V.S.L.M.

Non placent qui Mercurium Augustanum interpretantur, quod Augusta præcipuè cultus: Ut Apollo Aëtiacus, Diana Ephesia, Iuno Argiua. Satis certum est Mercurium Augustum ea ratione vocatum, qua Iuppiter Augustus, Neptunus Augustus, Mars Augustus, Apollo Augustus dicti. Stulti, & inepti in adulando homines, credi volebant, titulis imperatoris Deos suos gaudere.

25. Augustæ, ex M. Smetij codice inscriptionem.

A. RITII. MONTANI. I
EX. 7. VET. POMPEIVS.
SALTVINVS. HERES.
FACIENDVM. CVRA.
EX. 5 IIII. N.

*Apianus, & Amantius, qui ceteroquin hac corruptè edide-
re, præposuere D. M. Rectè. Est enim titulus positus Dijs Ma-
nibus Auli Ritij Montani. I. Ex. 7. VET.] Suspicio I.
ex M. detrita natam, & militem significare, Ex Centuria Vet-
tij, aut Veturi, aut alterius alicuius, qui habeat nomen auspicia-
tum à litteris VET. Nam centurijs à centurionibus nomina
indebantur. Et 7. Centuriam, vel Centurionem notat, quod
Vitem, Centurionis insigne, referat. Ex. 5 IIII. N.]
Hæc etiam impensas exprimunt, Vti ad inscript. 5. diximus.
Et efficiunt aureos nostros centum.*

26. Augustæ. Lapis inuentus proximis annis in Vir-
donis aluco.

D. M.
SEROTINI.
ET. PISTAVCI.
ISAVRICAE.
IVL. STATV-
TIANVS. ET.
IVL. CONCESI.
F. C.

Dijs

*Dijs manibus Serotini, & Pistavci. Cum hac, tum quæ se-
quuntur nomina semibarbara, ostendunt inscriptionem posse-
riorum temporum esse. ISAVRICAE.] Puta Legio-
nis, aut cohortis milites fuisse Serotinum, & Pistavcum. Su-
perest nomen Legionis primæ Isaurica sagittaria, in Golzy the-
sauro c. 7. F. C.] Fieri curauerunt.*

27. Augustæ.

LIBERIS. DIIS. DEABVSQVE. OMNIBVS. Y
ADIVTORIBVS. ROMANVS. D. M.
V. S. L. L. M.

*Non extrico qui Liberi isti Dii, Deaq;. Sol à Thracibus Li-
ber dictus, vti Macrobius scripsit. Baccho id cognomen à reli-
quis tributum. Et cum Bacchi plures sint, sit ut Liberi quoq;
plures. Hinc distinguit Cicero lib. 2. de nat. deorum, Liberum
Semele natum, ab eo quem Romani augustè, sanctèq; consecra-
uerunt. Libera autem Proserpina, vel ut alijs visum Ariadna.
Verum inscriptio non ita accipienda. Apparet enim quoddam
Deorum, Dearumq; collegium significari. Cogitavi aliquando
an græcorum libertatis Deos, θεοὺς ἐλευθερίας, rectè huc vo-
carem. ↓] Character nihil significans. Sic flosculo-
rum, & foliorum figuras, litteris immixtas in alijs lapidibus
videmus. D. M.] An Decurio Municipij?*

D 28. Au-

28. Augustæ.

O M
ERNO. SERVATOR
DEABVSQVE. IVSROCI
C. CVM. SVIS
NIBVS. IN. NONAS.

*Non pes, non caput, non reliqua membra constant, Quæ in-
stauranda salutis spes superesse potest?*

29. Augustæ.

IN. H. DD.
DEO. MARTI.
ET. VICTORIÆ.
CONTVBERNI
VM. MARTICV
LTVRM. POSV
ERVNT. V. S.
LL. M.

*Obserua (quod non facile alibi) Contubernijs à numinum
cultu nomina indita. V. S. LL. M.] Duplex LL.
lubentes est hoc loco. Monui ad inscript. 18.*

30. Au-

30. Augustæ.

... O. ET. BASSO. CO. .

*Littera sunt pręgrandes, & elegantes, ut liceat existimare,
inscriptas fuisse operi alicui publico egregio. Pręferunt nomen
Bassi Cos. & apparet alterius Cos. nomen præcessisse. Cum ergo
VI. vel VII. Bassos Cos. posteriori loco renuntiatis inueniā,
Scilicet Anno Urbis DCCXI. Cum C. Albio Carrinate (mor-
tuo in magistratu Q. Pedio) P. Ventidium Bassum: Anno
DCCCXVII. cum Crasso Bassum, uti habet Cassiodorus: An-
no CMLXIV. Cum Q. Epidio Rufo Lolliano Gentiano, Pom-
ponium Bassum: Anno MXI. cum M. Aurelio Memmio Tu-
sco, Pomponium Bassum: Anno MXII. cum Fulvio Aemi-
liano Pomponium Bassum II. Anno MXXIV. cum Aurelia-
no, Pomponium Bassum: & anno MLXIX. cum Oninio Galli-
cano, Septimium Bassum; difficulter statuo ad quem inscriptio
pertineat. Est tamen tenuis coniectura, pertinere ad Pompo-
nium Bassum anni CMLXIV. quo Consule Sept. Seuerus in
Britannia obiit, de quo videtur intelligendus Victoris locus,
quem produximus in notis ad 8. inscript. Et cui Domitium
Dextrum in urbana præfectura successisse, Spartianus narrat
in Seuero. Nam Ventidius, ante Colomiam Augustam dedu-
ctam inijt. Bassum anni DCCCXVII. (fuit is C. Lecanius
Bassus) reliqui fastorum scriptores, Haloander, Panvinus,
Pighius, Golzius, M. Licinio Crasso Frugi præposuere, solus Cas-
siodorus postposuit. At præponendus videtur Taciti præiudi-
cio. Ceteros ab anno MXI. excludit fortassis elegantia litte-
rarum. Diuersas enim inscriptionum ætates, & litterarum
forma diiudicant antiquitatis periti. Sunt alioquin etiam non
obscura indicia, Augustam per Sept. Seueri tempora adificijs
exornatam fuisse.*

D 2 31. Au-

31. Augustæ.

SVCCSSVS.
ILVINI.F.EQ.AL.
AVG. IVL.
. STIP.XIIII.
VIXIT.ANN. . .

EQ.AL.AVG.] *Eques Alæ Augustalium. Quod nomen in marmoribus extat. Aut, Eques alæ Augusta. IVL.] Nomen legionis, in qua Succesus miles quatuordecim stipendia meruit. Plures Legiones Iulæ in Notitia Imperij. Et legio tertia Iuliana in Golzy thesauro.*

32. Augustæ.

.....
.....
MVNICIPI.AEL.AVG.NEGOTIATOR.
.....N..ET.....AEDEM.
CVM.SVIS.ORNAMENTIS.SIBI.ET.
ANTONIO.AELIANO.EQVITI.ROMANO.
DECVRIONI.MVNIC.AEL.AVG.. . IO.

Nomen eius, qui inscriptionem posuit, deest. Fuit autem Municipij Aelia Augusta negotiator. Et conyicio monumentum statuisse, Sibi, & Antonio Aeliano equiti Romano, Decurioni Municipij

nicipij Aelia Augustæ: Præterea nomini alicui, Aedem cum suis ornamentis. Quamquam hæc ordine paulo perturbatiore in lapide scalpita. Ad Municipium Aeliam Augustam quod pertinet, comminiscetur aliquis, hoc epigrammate fretus, novam in vicinia Augustam. Ego nullam aliam à Colonia Augusta Vindelicorum significari opinor. Causam reddam dilucidè. Dixi ad inscript. 22. Municipiorum, & coloniarum appellationes crebro confusas. Quamquam id probatis testibus tunc plenum factum, placet tamen aliquot exempla subijcere. Sueſſæ colonie meminit Linius, Paterculus, Frontinus, & antiqua inscriptio apud Smetium fol. 83. HONOREM. BIS. ILLI. QVO. QVIS. OPTIMO. EXEMPLO. IN. COLONIA. SVESSA. HABVIT. In altera inscriptione f. 1. Sueſſani Municipipes. VIAM. SVESSANIS. MVNICIPIBVS. SVA. PEC. FECIT. Comum Coloniam fuisse ex Strabone liquet. Municipipes Comenses sunt in Smetij inscriptione f. 159. QVI. TESTAMENTO. SVO. HS. N. XXX. MVNICIPIBVS. COMENSIBVS. LEGAVIT. Colonia Arretium, ex Cicerone pro Muræna, ex epitome Liviæ, & ex Frontino non semel. At hæc quoq; Municipium in vetusto lapide. L. AVSINVS. L. F. PVB. FARRIANVS. C. C. MVNICIP. ARRETIN. Quod Panuinius lib. 3. Comment. Reip. Rom. observavit. Idem duas diuersas inscriptiones de Iulia Hispella proposuit. C. ALFIVS. C. F. LEM. RVFVS. II. VIR. QVIN. COL. IVL. HISPELL. En Coloniam. GENIO. MVNICIPI. HISPELL. SACR. En Municipium. Inter triumphales colonias meminit Appianus Rhegi. At superest lapis de municipibus Rheginis, in Panuini commentario. TI. EFRVENVS. TI. F. SABINVS. TESTAMENTO. LEGAVIT. MVNICIPIBVS. RHEGINIS. Aletrium coloniam scimus ex Frontino; Cum in duobus lapidibus Municipium vocetur. Vnum habet Panuinius, Ex. DECRETO. DECVR. MVNICIPI. ALETRINATIS. Alterum Sigonius de antiquo Iure Italia lib. 3. c. 3. IIII. VIRO. I. D. MVNICIPI. ALETRI. Hæc non ideo collegi, ut ostenderem inter Colonias, & Municipia distinctionem nullam fuisse, fuit enim insignis, Sed ut appareret, eo modo quo Dig. lib. 50. tit. 1. l. 1. Vlpianus ait, Nunc abusuè municipes dicimus, suos cuiuscumq; ciuitatis ciues: Vt

Vt puta, Campanos. Puteolanos, Ita etiam abusuè Colonias Municipiorum nomen recepisse: Atq; municipij nomen, in urbibus quas Colonias fuisse constat, idem cum Colonia nomine significare. Quæ est Augusta Vindelicorum ratio. Iam de prænomine Ælio cogitemus. Urbium nomina, quæ in inscriptionibus extant, Aliqua propria, alia adiuncta sunt, epithetorū more. Propria voco, quæ cum ipsis urbibus, aut Coloniarum deductione nata, in usu populi, & scriptorum fucere: Adiuncta illa altera, ambitione, et adulatione ut plurimum conflata, quorum in libris raro habita ratio. Exempli causa, Pleraq; urbes, præter primū nomen, cognomina Iulie, et Augustæ assumpserunt: Percensebo aliquas ex innumeris: Patre in nummis, COL. AVG. PATRENS. Firmium, COL. AVG. FIRMA. Corinthus, COL. IVL. AVG. CORINTHVS. Parma, COL. IVL. AVGVSTA. PARMA. Verum à scriptoribus neq; Iulia, neq; Augusta, sed simpliciter Patre, Firmium, Corinthus, Parma dicta. Quibus contra Augusta proprium nomen fuit, Vti Taurinorū, Tricastinorū, aliorumq; urbibus contigit, non nisi Augustæ nomine appellatae sunt. Illa porro ambitio sequentibus temporibus valde aucta, Vt quandoq; vna colonia tria, et quattuor, aut etiam plura cognomina asciuerit. Dion lib. 54. ait, Tempore Augusti, cognomina urbium, Senatui eis honoris causa imposuisse, nunc vero sibi ipsas quotquot uelint nomina deligere. De Hadrumeto Africa urbe in lapide legimus, COL. CONCORDIA. VIPIA. TRAIANA. AVGVSTA. FRVGIFERA. HADRVMETINA. De Thana, siue Thanis, item Africæ urbe, COL. AELIA. AVGVSTA. MERCVRIALIS. THAENIT. De Zama quoque Africana urbe, COL. AELIA. HADRIANA. AVG. ZAMA. REGIA. De Verona Euganeorum, COL. AVGVSTA. VERONA. NOVA. GALLIENIANA. De Auentico Heluetiorum, COLONIA. PIA. FLAVIA. CONSTANS. EMERITA. AVENTICVM. HELVETIORVM. FOEDERATA. Et Lampridius in Commodio scripsit, Ridicule etiam Carthaginem Alexandriam Commodianam Togatam appellauit. Prorsus ad eundem modum Col. Augusta Vindelicorum videtur Ælia prænomen accepisse. Quod si cui ea res inaudita accidit, Cogitet, quod si absque lapidibus foret, qui de singulis ferè singulū tantum

tantū supersunt, nihilo secius omnia illa Hadrumeti, Thana, Zama, Verona, & Auentici cognomina etiamnum inaudita essent. Et cum Ælia prænomen Thanam, & Zamam nequaquam diuersas urbes efficiat, ab his, quas Strabo Plinius, & Ptolemeus nudè Thanam, & Zamam dixere, profecto æquum est etiam hoc loco AEL. AVG. eandem cum puraputa Augusta credere: nemini autem dubium esse potest, quin si inscriptio solum Augusta nomen haberet, id omnino ad Augustam Vindelicorum pertineret. Neq; illud obscurum, quamuis plures Imperatores Ælij, tamen urbes Ælias penè omnes, ad Hadrianum spectare. Argumento est, præter quas diximus, Hierosolyma ab illo instaurata, & Aelia Capitolina nominata, auctore Dione. Ipsi enim priuato Ælius Hadrianus nomen fuit. Imperator, Ælij nomine posito, se Traianum Hadrianum dici maluit. Ideoq; in nullis vel nummis, vel lapidibus Ælius Hadrianus legitur. Paterna interim nomina, princeps supra modum ambitiosus, quibus potuit rationibus aternitati consecrauit. De Ælio vidimus. De Hadriano Spartianus testis. Multas ciuitates Hadrianopoles appellauit, ut ipsum Carthaginem, Athenarum partem, Aqueductus etiam infinitos hoc nomine nuncupauit. Quæ verò occasione Vindelici suæ colonie, illius prænomen addiderint, fortasse non difficile est conijcere. Consentiunt historici Hadrianum peregrinationis mirè fuisse cupidum, Vt omnia quæ legebat de locis orbis terrarum, præsens uellet addiscere, ait Spartianus. Dion item, Aliam ex alia prouinciam percurrere, regiones, & urbes perlustrabat: dixerat antea, Ciuitates socias, atque tributarias, & subditos mirificè iuuat. Multas earum inuisit, & quas nullus ante se imperatorum uiderat: atque omnibus aliquid opis, & auxilij, ut ita dicam, tulit. Deniq; Victor in epitome, Immenso laboris, quippe qui prouincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantium prauertens, cum oppida uniuersa restitueret, auget ordinibus, Ex quibus non vana est cōiectura, Retiam quoq; adiisse, cum præsertim Dion referat eum alpinas nives capite intecto pertulisse. Accedit indicium nummi, in quo parte aduersa HADRIANVS. III. COS. auersa EXERCITVS. RAETICVS. S. C. Verisimile est hunc cusum per illa tempora quibus Imp. in prouincia cernoratus, disciplinam

INSCRIPT. ANTIQVAE

plinam militarem, cui enixè studebat, instauravit. Et facile patiar persuaderi, Augustam tunc aliquo beneficio affectam, à principe ad ostentationem usq; liberali, Cuius memoriam adiectione nominis conservatam voluerit.

33. Augustæ.

MERCVRIO

.....

Mercurium enixè à nostris cultum, multa inscriptiones que in urbe, & agro Augustano supersunt fidem faciunt.

34. Augustæ.

MATIDIAE
DIVAE. MATIDIAE
a VG. FIL. DIUAE
MARCIAE. aug.
nePTI. DIVI. tra
iani. ABNEPTI
DIVAE. SABINAE
hadr. aug. SORORI

Ostendi, qua ratione inscriptionem mancā restituendam existi-

PRIMA PARS. 17

existimem. Nunc restitutionis causas aperiam. Matidia Sabina soror, ex hoc & alijs lapidibus. Sabinam Traiani neptem per sororem vocat Spartianus, ad eundem Dio, & Zonaras, quasi sororidem dicas. Hinc creditum Matidiam etiam ex Traiani sorore natam. Quod de altera Matidia verum est, de hac nostra minime. Quin Sabinam, & Matidiam hanc, aliterius Matidie filias, Marciana neptes docco. Neq; obstat Spartianus. Nam Sabinam Traiani neptem idco dixit, quod sequens gradus pronepotum nomen nunquam sibi vindicaverit, Vt rectè observavit Cuiacius Consult. 42. Eadem fortassis græcorum mens; sin alia, dicam clarè, Erravere. Spartianum ceteroquin mecum sensisse ita colligo. Cum multa civiliter ab Hadriano erga amicos acta enumerasset, subiungit, Omnia denique ad privati hominis modum fecit. Socru suæ honores præcipuos impendit ludis gladiatorijs, ceterisq; officijs. Ea de socru viua non dubiè capio. Scio mortuis honores in spectaculis habitos, sed summis hominibus, neque æquabilitatis ad privati hominis modum quisquàm inde argumentum sumet: Dein, ceteris officijs, ceterè officia, quæ in quotidianam vitam cadunt significantur. Hadriani itaque socrus superstes imperante Hadriano: At Marciana iam antea defuncta, & in duas relata, quod arcus Ancone Traiano Trib. Pot. XVIII. positus ostendit, DIVAE. MARCIAE. AVG. SORORI. AVG. Marciana ergo nequaquam Hadriani socrus, neque Sabina & Matidia filia Martiane. Ista per ambages. Rectè idem conficit lapis Sueffanus qui apud Smetium, MATIDIAE. AVG. FIL. DIVAE. MARCIAE. AVG. NEPTI. DIVAE. SABINAE. AVG. SORORI. An obscure Matidia Marciana neptis? Illud obscurius, cuius Augusta filia: nisi hunc scrupulum marmor nostrum eximeret, in quo litterarum reliquæ satis ostendunt, Matidiam Matidie: & extant nummi, MATIDIA. AVG. DIVAE. MARCIAE. F. qui ad Matidiam maiorem pertinent. Maior enim Augusta, & post mortem Diua dicta. An minor his honoribus aucta ambigo, neq; puto. De maiore etiam accipio Spartiani locum, Post hoc Antiochia digressus est, ad inspicendas reliquias Traiani, quas Tatianus, Plotina, & Matidia deferabant. Minorem Sabina sorori superfluisse dicamus oportet,

INSCRIPT. ANTIQVAE PARS I.

et, si hic titulus viue statutus, quod mihi verisimile. Traiani abneptem timide ascripsi. Nam si Marcianam respicimus (ut cognationis nomina transuerse, contra Cuiacium, ultra nepotes extendamus) Matidia iunior Traiani proneptis erit, Neptis scilicet filia. Verum cum lapis Diui cuiusdam abneptem indicet, & spatium Traiani nomen recipiat, non videbam quod aliud supponerem. Nerva NI terminatio non admittit. Et Vespasianos Traiani familia nulla ratione attigit. Ut semel omnia dicam, suspicor Marcianæ maritum, cuius nomen, & stemma ignotum, aliquo modo ad Traianum pertinuisse, inde abneptem Matidiam. Quamquam in his nominibus sepe à natura vinculis, ad ambitionem discessum, ideoq; variatum. Exemplum in Seneo, cui placuit in Marci familiam transire: Is in lapidibus nunc L. Veri Aug. nunc M. Antonini filius, Commodi frater, Antonini Pij Nep. Hadriani Pronep. Traiani Abnep. Nerva Adnepos dicitur. Cum interim filius eius M. Aurelius Antoninus, Traiani, & Nerva adnepos appelletur; Quæ cuncta simul, si ad calculū reuoces, vera esse non possunt.

35. Augustæ.

DEC. MV.
FRATRIS. EI. . . .
FILIVS
HERES
L. D. D. D.

Nomen demortui perijt. Ex ijs, quæ reliqua constat Decurionem municipij fuisse. Fratris eius Filius Heres, titulum posuit. Sepulchro Locus Decurionum decreto datus.

FINIS PRIMAE PARTIS.

IN.

INSCRIPTIONVM QVAE IN AGRO

AVGVSTANO.

Secunda Pars:

INSCRIPT. ANTIQVAE

I. Campoduni, aut Camboduni, vt est in antiquo lapide. Ex Peutingero.

LVCIANO. EVGILI
ANO. FILIO. CARIS
SIMO. VIXIT. ANNOS
XIX. LVCIANVS. ING.
PATER. FECIT. S. S.

ING.] An Ingenuus? An Ingilianus? Ad eius terminationis rationem, qua est in filij nomine. S. S.] Sibi, Suis. Ostendit sepulchri ius non ad Lucianum F. tantum, sed ad patrem etiam, & ad suos pertinere.

2. Laugingæ, ex Peutingero.

I. APOLLINI. CRANN. . . .
.
.
. PP.
NYSIVS. LEG. AVG. PR. PR.
. . . KAL. IVNIAS.

Heroldus, in libello, quem scripsit de Romanorum in Ratia littorali stationibus, hanc inscriptionem ita proposuit, nescio an ex lapide descriptam, an ex ingenio, sed puto ex ingenio,
DEI,

SECUNDA PARS.

19

DEI. APOLLINIS. GRANNI. REL. P. P. DIONYSIVS. LEG. AVG. PR. P. AD. KAL. IVNIAS. *Quæ in explicatione de Praefecto Praesidij, Legione Augustæ, & Primpilo affert, inepta sunt, neq; ad ullam antiqui moris speciem excogitata. Ego etsi lacunas non expleo, clarè tamen video, Apollini Cranno, vel signo posito, vel qua alia ratione honorem habitum, à Legato Augusti Propatore, cui Dionysii nomen fuisse, ex reliquis sex litterarum non inuitus assentior: Idq; ante Cal. Iunias contigisse, sed Calendarum numerus excidit.*

Quis Apollo Crannus, Cranius, Grannus, Granius, vt diuersè diuersè habent, nondum vidi qui solidè explicaret. Sanè ex plerisq; inscriptionibus constat, eum præcipue cultum in hac vicina. Heroldus Carneum, siue Carnium Spartanorum Apollinem credidit. Non ausim subscribere. Iuuant tamen coniecturam Pausania verba in Laconicis, Cornos à Græcis in Ida Troiæ monte, ex Apollinis luco ad Durateum equum fabricandum excisas, cumque Dei numen læsum scirent, ad eius iram leniendam sacra instituisse, & ab arboris nomine littera R, transposita (nam græci Cornum κρῆναι dicunt) prisca quædam consuetudine Carneum Apollinem nuncupasse. Extat Roma lapis, quem Smetius vulgavit, APOLLINI. GRANNO. ET. SANCTAE. SIRONAE. SACRVM. Viderint eruditi an vrbs illustris Aquisgranum, huic Apollini nomen debeat. Praefecto Conr. Celtis, in cuius carminibus est interdum auri grumos inuenire, eo respexit lib. 3. Amor.

Vrbs ubi fumat aquis Craneo ad Apolline dictis. Accedit Panegyricus, Constantino Constantij F. dictus, in quo sub finem, rhetor Belga (Belgam ex ductu orationis Rhennus, alijs non improbantibus, solus Sigonius lib. 2. de occid. imperio Aduum putauit) patriam suam antiquè nobilem, feruentes aquas, quibus periuria puniantur, Apollinis lucos, & sacras sedes habere iactitat. Quæ si ad Aquisgranum referas (referes autem, nisi aliam Belgicæ urbem videris, in qua eius generis aquæ, proferas) eo probabilior Celtis opinio euadet. Bibracte Sigonij, nullo modo accipi posse puto. Mediæ ætatis scriptores dixerunt Palatium Grani, Thermas Grani, etiam Aquas nudè. Et fabulam non ferendam, de Grano Neronis fratre pro duxe-

duxerunt, quam Munsterus sequutus est. Peutingerus noster, in sermonibus conuiualib. me docuit eam hantiam ex diploma- te Imp. Friderici I. Anni Christiani MCLXIV. in quo Caro- li Magni verba laudantur, Inueni thermas calidorum fon- tium, palatiaq; reperi, quæ quondam Granus, unus de Ro- manis principibus, frater Neronis, & Agrippæ à principio constiuxerat. Absolutè vana & friuola. Quamquam non ne- go, tam fieri potuisse, ut nomen a duce Romano, quam ut ab Apolline acceperit. Plures enim Granios obseruau. Sed hac præter institutum dicta. Arbitrium est in medio.

3. Lauringæ, ex Peutingero.

D. D. M.
PRENCIVS. A. V. E. III. LEG.
CIVES. BRIVINES.
VIXIT. ANNIS. LXX.
MONIMENTVM. FECIT.

[D. D. M.] *Dicatum Djs manibus.* PRENCIVS.]
Heroldus, PRENCIVS. A.] *An Aquilifer?* V. E.]
Placet Heroldus, qui coniunxit, V. E. *Veteranus tertia legio- nis, nimirum Italica.* CIVES.] *Ciuis, Vti in II. in- script. Augustana.* BRIVINES.] *fors pro Briuinensis.*
Ita est in antiquo marmore, DOMV. NARBES. pro Narbo- nensis, Briuinensium memoria ceteroquin funditus interijt.

4. Lauringæ, ex Peutingero.

APOLLINI. CRANNO.
M. VLPIVS. SECUNDVS.
CVM. SIGNO. ARGEN-
TEO. T. LEG. III. ITAL.
V. S. L. L. M.

Aliter habet prima editio. Sed commodissimè Smetius, APOLLINI. GRANNO. M. VLPIVS. SECUNDVS. T. LEG. III. ITAL. ARAM. CVM. SIGNO. ARGENTEO. V. S. L. M. Nisi quod SIGNO. contra leges grammaticas scri- ptum est.

5. Lauringæ, ex Peutingero.

DEO. MERCVRIO.
SIGN. EX. VOTO. IVL.
GALLICVS. ET. AVR.
SIBVLLA. P. L. I.

[P. L. I.] *fortassis, P. L. M. Posuerunt lubentes meri- to. Siue hac, siue alia explicatio placeat, quidquid feram, præ- ter id quod Heroldus de Pseudocomitatensi Legione prima somniat. Cui neq; in illo fidem habeo, quod ait Signum Mer- curij, quod in Peutingeranis adibus extat, Lauringa Augustam translatum esse.*

6. Feningæ, ex Peutingero.

APOLLINI. CRANNO.
SABINIVS. PROVIN
CIALIS. L. D. S.

SABINIVS.] *Al. SABINVS. L. D. S.] Lubens de suo. Ineptissimas nugæ Heroldus huc congescit, quas sciens prætereo. At in eo etiam iniurius est, quod inscriptiones Iul. Amandi, Iul. Victoris, & Iulianiorum, quæ supersunt Augustæ, Feningæ ablatas esse temere asseuerat. Profecto maiores nostri alieni ab huius criminis inuidia. Quis enim suspicetur illos externis inscriptionibus intrasse, quorum negligentia tot Augustana perierunt?*

7. Vrsinij, ex Peutingero.

IMP. CAESAR. LVCIVS. SEPTIM
IVS. SEVERVS. PIVS. PERTIN
AX. AVG. ARABICVS. ADIAB.
PARTHICVS. MAXIMVS.
PONTIF. MAX. TRIB. POT.
VIII. IMP. XII. COS. II. P. P.
PROCOS. ET. IMP. CAESAR.
MARCVS. AVREL. ANTON
INVS. PIVS. AVG. TRIB.
POT. IIII. PROCOS. ET. IMP.
P. SEPTIM. GETA. ANTON.
VIAS. ET. PONTES. REST.
AB. AVG. M. P. XXXXI,

An-

Auctor est Peutingerus, tres lapides superesse, quorum singuli hanc inscriptionem præferant, nisi quod in duobus, numeri ultimi versus variant,

AB. AVG. M. P. XXXXII.

AB. AVG. M. P. XXXXIII.

Cum ex hac serie verisimilis coniectura oriatur quadraginta cippios, XL. milliarium ab urbe Augusta indices, præcessisse, æstimare licet, vel hoc uno argumento, quantam antiquitatis iacturam fecerimus, perierunt enim omnes.

IMP. XII.] *Ita habet utraq; editio: sic etiam lapis Isnen- sis, & alter Vilthaimensis, quos adducam inferius: nisi descri- ptiores concorditer fallant, quod non puto. Verum cum ra- tio temporum rescribendum esse ostendat, TRIB. POT. VIII. IMP. XI. COS. II. Vti Panuinius in fastis, & Ad. Occo in numismatum hist. correxerunt, restat fabrilè peccatum accusare, & existimare, lapides, in quibus hic er- ror erratus, omnes ab una manu esse. Ratio temporum sic se habet. Anno urbis CMLIV. L. Annio Fabiano, M. No- nio Muciano Cos. dictus est L. Sept. Severus Trib. P. IX. Imp. XI. Cos. II. Eo pertinet inscriptio. Anno sequenti Cos. fuere L. Sept. Severus III. & Imp. M. Aur. Anto- ninus. Cum ergo permulti supersint lapides, qui Septi- mium III. Consulem, Trib. P. X. XI. XII. XIII. XIV. Adhuc Imp. XI. dicant, Apertè conficitur id Trib. P. IX. Cos. II. multo magis conuenire, neq; ulla ratione ante Con- sulatum tertium, Imp. XII. posse consistere. P. P.] Pater Patriæ. ANTONIVS. PIVS. AVG. TRIB. POT. IIII.] *Hæc quoque conueniunt Anno CMLIV. Nam anno CMLX. quo primum Severus Imp. XII. dictus, Antonino F. Trib. Pot. IX. & X. ascribitur. IMP. P. SEPTIM. GETA. ANTON.] Al. SEPTIMIVS. Per- rarum**

INSCRIPT. ANTIQVÆ

rarum est Geta cum patre, & fratre nominari. Aqueductus Calimontani hoc anno restituti, porticus Agrippa, arcus triumphalis in foro Romano, & marmora alia quam multa, praterito Geta, Sept. Seuerum, & Antoninum F. nominant. REST. AB. AVG. M. P. XXXVI.] Vias, & pontes restituerunt, ab Augusta millia passuum, siue milibus passuum XXXXI. Quæ semper principum virorum præcipua cura. Hoc ipso anno positus cippus Vithaimensis, quem descripsi inter inscriptiones peregrinas. Et alter Isnenfis, qui Camboduni meminit, & in quo nulla Geta ratio habita. Munsteri exemplar sequor. IMP. CAESAR. L. SEPTIMIUS. SEVERVS. PIVS. PERTINAX. AVG. ARABIC. ADIAB. PARTHICVS. MAXIMVS. PONTIFEX. MAX. TRIB. POT. VIII. IMP. XII. COS. II. P. P. PROCOS. ET. IMP. CAESAR. MARCVS. AVREL. ANTONINVS. PIVS. AVG. TRIB. POT. IIII. PROCOS. VIAS. ET. PONTES. RESTI. A. CAMB. M. P. XI.

8.No-

SECUNDA PARS.

22

8. Nouoburgi, ex Peutingero.

D. M.

TIB. CASSIO. CONSTAN
TINO. IVNIORI. MISER
RIMO. QVI. VIXIT. ANNOS.
III. MEN. IIII. D. XXI. FECIT.
TIB. CL. CONSTANTINVS.
PATER. FILIO. DVLCISSI
MO. A. QVO. SIBI. FACIEN
DVM. OPTAVERAT. ET.
CASSIAE. VERAÆ. MATRI.
EIVS. ET. CLAVDIIS. IANV
ARIO. VICTORI. ET.
MEGELLINO. LIBERTIS
FIDELISSIMIS. VIVIS. FECIT.
ITEM. FIDELI. QVONDAM.
ET. CARO. MODESTO.
SVIS. CARISSIMIS.

Monet Auentinus plures Nouoburgi superesse litteratos lapides, sed quos legere nemo possit, partim fractos, partim obstructos, litteris introrsum versis: Vnum tantum, prater hunc, ille descripsit, quem dabo paullo post. D. XXI.] Auentinus legit, D. XXII. SIBI.] Al. deest. CLAVDIIS.] Al. CLAVDIS. Auentino, CLAVDIO, F 2 Sed

INSCRIPT. ANTIQVAE

*Sed placet CLAVDIIS. Nam liberti qui sequuntur, omnes
Clandij dicti, à patrono Tib. Claudio Constantino. ME-
GELLINO.] Al. MAGELLINO. Auentino & Smetio,
MARCELLINO. ET. CARO. MODESTO.] Auentinus,
ET. CAIO. ET. MODESTO. Smetius, ET. CARO. ET.
MODESTO. SVIS. CARISSIMIS.] Auentinus,
SVIS. RARISSIMIS. fortassis, KARISSIMIS.*

9. Velenburgi, ex Peutingero.

D. M.
AEMILIAE.
CHRISIDI. LIB.
ET. CONIG.
V. A. XXXII.
C. AEMILIVS.
VET. N. SVR.
ET. SIBI. N. P.

*Etsi hoc marmor, & tria quae proximè sequuntur, ad res
Augustanas non pertineant; effossa enim sunt in agro Pataui-
no, à milite Maximiliani Imp. Patauium obsidente, & Velen-
burgium translata studio Matthaei Langi S. R. E. Cardinalis:
Quoniam tamen in agro Augustano nunc extant, & à Peu-
tingero exscripta sunt, nequaquam videbantur pratercun-
da. CONIG.] Al. CONIUGI. Eadem scilicet liberta
& coniux. V. A. XXXII.] Scardeonius in hist. Pata-
uina, V. A. XXXVII. C. AEMILIVS.] Scardeonius,
C. AEMILIVS. COLPVNIAM. fort. CALPVNIAN.
VET. N. SVR. } Veteranus natione Syrus, pro Syrus.
N. P.] An, V. P. Vinus Posuit!*

10. Vc-

SECUNDA PARS.

11

10. Velenburgi, ex Peutingero.

C. IVL. PRISCI.
V. A. VI. M. X. D. VIII.
IVL. GERMANVS.
ARMORVM. CVST.
ET.
VAL. MARCIANE.
PARENTES.

*MARCIANE.] Scard. MARCINA. Hier. Rubens hist.
Rauen. lib. 1. hanc ipsam inscriptionem Rauenna ad sacrum
D. Apollinaris in classe, superesse scribit, praterquam quod ma-
ter VAL. MARTIANA. dicatur. Suspicio Rauennà Patauiū,
Pataui Velenburgum translata. Nisi una epitaphij, altera
cenotaphij loco sit posita. Mazochius, qui epigrammata anti-
que urbis edidit, plane similem habet, nisi quod incursiosius de-
scripta. Ait extare Roma, in sancto Stephano in Aegypto, ubi
sunt fratres Indi, D. M. S. C. IVLIVS. PRISCVS. V. A.
VP. M. X. D. VIII. IVL. GERMANORVM. ARMORVM.
CVSTOS. ET. VAL. MARCIANA. PARENTES. Ad libri cal-
cem fatetur se hoc epigramma non vidisse.*

11. Vc-

INSCRIPT. ANTIQVAE

11. Velenburgi, ex Peutingero.

D. M.
SPEDIAE.
PANNYCH.
P. CASSIVS.
VERVS.
CONIVGI.
PIENTISSM.

B.] *Character mihi ignotus. Existimo L. cum virgula reflexa Libertam significare. Scard. PANYCH. PIENTISSM.] Scard. PIENTISSIMAE.*

SECUNDA PARS.

24

12. Velenburgi, ex Peutingero.

D. M.
PORTITORI. PLVTO
NI. ET. PROSERPIN.
HAVE. IVLIA. C. FIL.
MAXIMA. FELIX. DOM.
TROMENT. SALON.
ANIMVLA. DVLCIS.
ANIMVLA. SVAVIS.
ANIMVLA. IN. DEORVM.
NUMERVM. RECEPTA.
VNDE. TALE. QVANDO.
TALE. ET. CUI. TALEM.
V. A. LIX. MEN. VI. D. XII.
HOR. NOC. IX. T. SRI
BONIVS. BARBVLA.
CONIVGI. INCON
PARABILI. B. M. P. C.
ET. INFRASCRIPITIS.
VV. C. ARRIO. MARIN.

.....
.....

Inscriptio tota nectarea, nisi quod mollissima delicia ridicula

INSCRIPT. ANTIQVAE

culè in animulam sexagenariam impenduntur. Apianus, & Amantius aiunt lapidè Rauenna inuentum. Dicatus est primo Dijs manibus, deinde Portitori Charonti, qui creditus animas trans stygiam paludem vehere, Virgilius.

Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat

Terribili squallore Charon —

Atq; Plutoni & Proserpina, qui illis praeesse crediti. PRO-

SERPIN.] Scard. PROSERPINAE. FELIX.]

Apianus, FELIS. Scardeonius totum hunc locum sic legit,

HAVE. IVLIA. C. F. MAXIMA. FELIX. DOMINI.

TORMENTVM. SALVE. ANIMVLA. DVLCIS.

Qua etsi commodum sensum habent, vereor ingerie sius quam

verius excogitata sint. Neq; interim habeo quid rectius substi-

tuam. Nam (ne fallam) illud nihilo magis placet, quod aliqui

interpretantur, DOM. TROMENT. SALON. Domitia, aut

Domitilla: Tromentina tribu, Salonina domo. VNDE.

TALE. QVANDO. TALE, ET. CUI. TALEM.] Scard. &

Aldi orthogr. in voce Haue. Et. Cui. Tale. Virumq; ferri

poteſt. Sic Horatius de Augusto,

Nil oriturum aliàs, nil ortum tale. —

HOR. NOC.] Horas Noctis. T. SCRIBONIVS.]

Scard. SCRIBONIVS. INCOMPARABILI.] Scard. IN-

COMPARABILI. B. M. P. C.] Benemerenti poni

curauit. ET. INFRASCRIPITIS.] Scard. hac, & sequen-

tia omisit. Apianus malè habet, INFRA. SIT. PED.

VV. C. ARRIO. MARIN.] Viuis C. Arrio Marino, &

fortasse pluribus alijs, libertis aut amicis, quorum nomina in-

terierunt.

SECUNDA PARS.

13. Bergæ, ex Apiano & Amantio.

MEMORIAE. ET. PERP
ETVAE. SECVRITATIFLA
BIA. CVNANIO. SERENO.
IV. COL. QVI. VIXIT. ANNI
S. XXXXV. ET. VIII. D. VI. HOC.
FACIENDV. CVRA. CVNAN
IVS. VRSACIVS. PIENTISS
IMO. PATRI. F. BENEMERENTI.
FECIT.

FLABIA.] B. pro V. qua frequens permutatio. Vt Fla-

uiano Cunanio Sereno legendum sit. IV.

COL.] Suppleo, IV. VIR. AVG. COL. Quatuoruir. Au-

gustalis colonie. Aut, IV. VIR. I. D. Quatuoruir Iuridi-

cundo. ET. VIII.] Mendum manifestum, sic resti-

tuendum, ET. M. VIII. Vel quod litterarum ductus pro-

prius imitatur, ET. M. III. FACIENDV. CVRA.]

Faciendum Curauit. Quamquam ineptum est, neque ex mo-

re antiquo, verbum FACIENDV. solà ultima litera imperfe-

ctum scribere. F.] Et inuersum. Hac etiam scriptu-

ra compendia antiquis ignota.

14. Smihæ, ex Apiano & Amantio.

D. M. ET.
 PERPETVAE. SECVR TATI.
 C. CONSTANTINO. QV.
 VIX. ANN. XXX. ET. IPSAN
 ILLE. CONIUGI. EIVS.
 QVE. VIXIT. ANN. XXVI.
 ET. REDICIO. FILIO. EORV
 M. QVI. VIX. ANN. IIII.
 CLAVDI. CONSTANTI
 NA. SOROR. ET. HERENS.
 FRATRI. DVLCISSIMO.
 HAC. PIENTISSIMO.

F. C.

Pleraq; barbarè, & aliter quam latinitatis leges ferant scripta. IPSANILLE, QVE. HERENS. HAC. pro, IPSANILLAE. QVAE. HERES. AC. Etiam illa præter morem, SECVR TATI. QV. CLAVDI. pro, SECVRITATI. QVI. CLAVDIA.

15. Ad

15. Ad Lici ostia, ex Auentino Annal. Boior. lib. 2.

D. I. M.
 IVL. IVSTV
 S. V. A. XXVI.
 A M A B I L I
 S. M A T E R.
 F. C.

D. I. M.] *Dij inferis manibus. Erant dij manes superi & inferi, Ex Festo. Absurdum est in nominibus IVSTVS. & AMABILIS. postremam litteram in aliam versum reijci.*

16. Nauoburgi, ex Auentino.

PÆLT. SATVRNINVS. ATILIENSIS. COLONIAE.
 VETERANORVM. CIVIS. VET. VIXIT. A. LXXV. SA
 TVRNINVS. CR̄SCETS. IIII. KLND. IAN.

PÆLT.] *Ego nihil expedio, Vereor descriptorem fefelisse. ATILIENSIS. COLONIAE. VETERANORVM.] Huius colonie nomen, quod sciam, alibi non extat. Auentinus Alroburgium explicat, cuius vestigia octauo lapide à Nauoburgo supersunt. Nescio an quidquam præter nominis similitudinem sequutus. At hec non est tanta, ut me in sententiam pertrahat. Quid enim apertius quam quascumq; ve-*
 G 2 iustas

INSCRIPT. ANTIQVAE

rustas arces germanis Alteburg nominari? Si hariolari licet, Auentini Aciliam, quæ hodie Azelburg, non inuitus admittam, etsi longiusculè dissitam; neq; enim necessarium est colonum in coloniâ, aut prope coloniâ mori. Et huc sonus valde inuitat. Quo verò auctore Auentinus Coloniâ Augustam Aciliam ediderit, nondum mihi constat. Quamuis Itinerarium Rom. circa hæc loca Augusta, aut Augustana, puta castra, habet. CIVIS. VET.] Cuius Veteranus. CRT-SCETS. 3 Quid hoc monstri? In lapide fortassis CRESCENS. IIII. KLND. IAN.] Quarto Calend. Ianuarij inscriptio posita.

17. Feningæ, ex Heroldo.

IN. D. H. H. APOLLINI. GRANNO.
BAIENIBVS. VICTOR. ET. BAIENIBVS. VICTO
RINVS. FILII. EIVS. EX. IVSSV.
SIGNVM. CVM. BASE.

IN. D. H. H.] Quidam explicant, In Dei huius honorem: Etsi est valde frigidum. BAIENIBVS.] Pro Baienius. Vt altera B. Abundet. FILII. EIVS.] Baienium Victorem, & Baienium Victorinum, filios accipio: Patris nomen an exciderit, an ET copula non suo loco posita sit, ignoro.

18. Vi-

SECUNDA PARS.

27

18. Viteslingæ, ex Heroldo.

MERCVRIO.
Q. VITALIS. QVINTIONIS. FIL.
V. S. L. M.

Heroldus Vitaslingen, transpositis litteris, & addita Germanica terminatione ingen, à Vitale nomen accepisse opinatur. Quam ego inter reliquas suas hariolationes, minimum ineptiarum continere existimo.

19. Liezheimi, ex Heroldo.

LEG. ITALICAE. . . I. M.

Priores numeri euannere. Antiquitus in latere scriptum fuit, LEG. ITALICAE. III. M. Legionis Italicae tertie miles. Heroldus Liezheimi nomen hinc deducit.

20. Liez-

INSCRIPT. ANTIQVAE PAR S

20. Liezheimi, ex Heroldo.

LEG. ITALICIANAE... I. M.

*Nihil à pracedenti differt, praterquàm quod ITALICIA-
NAE. nomen, posterius eum arguit.*

FINIS SECUNDAE PARTIS.

LEG. ITALICAE... I. M.

col. 2

IN.

INSCRIPTIONES

PEREGRINAE.

QVÆ MEMINERVNT

Augustæ,

Vindelicorum,

Rætorum,

Legionis III. Ital.

1. Vilthaimi, quod est monasterium prope OEnipontem, Ex Stephano Vinando Pighio, in Hercule Prodicio.

IMP. CAES. L. SEPTIMIUS. SEVERVS.
PIVS. PERTINAX. AVG. ARABICVS.
ADIABENICVS. PARTHICVS. MAX.
PONT. MAX. TRIB. POT. VIII. IMP. XII.
COS. II. P. P. PROCOS. ET. IMP. CAES.
M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS. AVG.
TRIB. POT. III. PROCOS. ET. IMP.
P. SEPTIMIUS. GETA. ANTONINVS.
VIAS. ET. PONTES. REST. AB. AVG.
MIL. PAS. CX.

Apianus valde corruptam, & mancā edidit. Quae ad eam explicandam faciunt, protuli in 7. inscript. agri Augustani. Vnum adjicio hic mirè infringi eorum opinionem, qui tres aut quatuor colonias Augustas, in Ratiā & Vindeliciā, extitisse credunt. Profecto enim si plures, hanc amphiboliam nunquam commisisset Seuerus, ut dubium relinqueret à quā Vias, & Pontes restituisset: Non nego alijs praterea ciuitatibus id cognomen adiungi potuisse, & est exemplum in vetusto epigrammate apud Auentinum, BEDAIO. AVG. prater illa, quae antea enumeravi: verum in his, Augusta epitheti rationem habet, ut dixi. Neque quisquam tam ridiculè ineptus fuit unquam, ut Augusta nomine absolutè edito, Bedaium vellet intelligi: immo Bedaium, non nisi Bedaj, aut Bidaj nomine aucto-

auctores appellauere: Vrbes autem, quibus Augusta proprium nomen est, vel nudè Augustas dixerunt, vel ubi confusionis periculum, adiecere cognomen populare Rauracorum, Vero-manduorum, Vessonum; aut etiam diuersum aliquod, sicuti conditori visum, Emerira, Prætoria, &c. Isto loco, cum Augusta, sine ulla distinctionis nota nominetur, Cur non firmissimè asseueremus, ad CX. mille passus circumquaque, & eo amplius, vnā tantam urbem, cuius proprium nomen Augusta esset, extitisse, nullam praterea, à qua amphibolia error timeri posset.

2. Romæ, ex Apiano & Amantio.

D. M.
C. IVLIO. VECTIO. AVG. VINDELI
CVM. MIL. FR. LEG. VIII. AVG.
VIXIT. AN. XXIII. MILITAVIT.
AN. VI. H. F. C.

Romæ extare auctores sunt Apianus, Smetius, & Lazius Comment. Reip. Rom. lib. 5. c. 15. At hic ultimus eandem inscriptionem in Laureacensibus ruinis legi ait lib. 12. sect. 7. c. 5. Nescio an memoria lapsus; An ea ratione, quam ad inscript. 10. agri Augustani attigi. D. M.] Abest Latio & Smetio f. 90. Nam Smetius quoque hanc inscriptionem bis retulit. VECTIO.] Ita Lazius bis. Smetius semel f. 65. VEHILIO. At f. 90. VETTIO. Vti etiam Aldus in orthogr. qui vigintiduabus praterea inscriptionibus docet, Vettium nomen antiquitus duplici T. scribi consueuisse. AVG. VINDELICVM.] Augusta Vindelicum, puta oriundo. Est cognomen contractum, pro Vindelicorum. Apianus annotauit, in
H mar-

INSCRIPT. ANTIQV.

marmore insolenter VIMDELICVM. sculptum esse, cum neque ipsemet, neque reliqui ita exscripserint. FR. LEG.]
Frumentario legionis. Consentiunt Lazius, & Smetius; uterque semel. Altera vice Lazius habet, PR. LEG. quod militem pratorium significat. Sed male. Qua enim ratione Miles pratorius in legione octaua Augusta? Smetius ER. LEG. Ita quoque Manutius. Manutius Erogaorem Legionis explicat. Smetius, & Golzius Eranistam. Sunt autem Eranistae lexicis, symbolorum collatores, qui pecuniam conferunt ad conuiuia paranda: & epavos collaticia. Præterea epavos pro quacumque contributione sumitur. Et restituit Alciatus pecuniã Eraniam, pro eo quod Herosa legebatur l. Creditor. Dig. de solut. Interpretatus collationem pecunie, vice cuiusdam tributi indictam, Dispunct. lib. 2. c. 15. Hinc in eam opinionem deueni, Eranistas fuisse in legionibus, præfectos pecunie, quæ à militibus sepulture causâ conferebatur. Ait enim Vegetius lib. 2. c. 20. Milites dimidium donatiui apud signa sequestrare consueuisse, & ei rei decem folles, siue sacculos, per singulas cohortes positos: Additum dein saccum undecimum, In quem tota legio particulam aliquam conferebat, sepulture scilicet causâ, ut si quis ex contubernalibus defecisset, de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa. Etiam si verò hac apud signiferos deponeretur, nihil tamen vetat, illi administrande, aliquem a signifero fuisse præfectum. Sin FR. LEG. rectius est, fuere frumentarij, ut ait Victor in hist. Aug. Dioclet. ad explorandum, annunciandumque, qui forte in prouincijs motus existerent, instituti. Quorum postea Agentes rerum locum tenuere, eodem auctore: Iuriconsultis Agentes in rebus. gratis Magisteriani dicti. H. F. C.]
Heres fieri curauit. Lazius semel has notas omisit.

TERTIA PARS.

3. Reginoburgi, ex Auentino.

D. M.
 E. MEMORIE.
 MISERRIMOR M.
 VINDELI CIS.
 PR. MOCENI AN.
 E. VICTORI.
 E. VRE. FIL.
 VINDEL. SVRINVS.
 INFELIX. PATER.

Vi lapis parum castigatus sit, certus tamen sum, plura ab exscriptore vulnera addita. Quod in plerisque alijs Auentini inscriptionibus apparet. Nescio cuius culpa. Certe operpretium faceret, quisquis illas omnes accuratius exscriberet: his additis, quas permultas, nondum obseruatas, in Boys superesse autumo.

4. Romæ, ex Smetio.

MACRO.
GERMANICIANO.
TI. CAESARIS.
GERMANO.
NATIONE. VEIN.

*An hæc ad Vindeliciam pertineant, non statuo: Etsi apud antiquos frequens est EI. pro simplici I. Sic Eidus. Leiber-
tas. & pleraque alia. Scrupulum inijcit, quod Macer NA-
TIONE. VEIN. Ti. Caesaris Germanus (intellige ex satelli-
tio Germanorum) dicitur. Neque enim, Strabone & Ptolemaeo
auctoribus in Germanis Vindelici. Verum hæc principum geo-
graphorum sententia, non apud omnes obtinuit. Plinius lib. 4.
c. 13. Ratiâ (complectitur eo nomine uniuersam Vindeliciam)
haud obscure cum Germania coniunxit. Præterea, non faci-
le occurrit ex Germania magna, natio antiqua alia, cuius no-
men à Vein. siue Vin.. sumat initium.*

5. In trophæo alpium. Ex Plinio lib. 3. c. 20.

IMP. CAESARI. DIVI. F. AVGVSTO.
PONT. MAX. IMP. XIII. TRIBVNIC. POTESTAT. XVII.
S. P. Q. R.
QVOD. EIVS. DVCTV. AVSPICISQVE.
GENTES. ALPINAÆ. OMNES.
QVAE. A. MARI. SVPERO. AD. INFERVM. PERTINEBANT.
SVB. IMPERIVM. P. R. REDACTAE. SVNT.
GENTES. ALPINAÆ. DEVICTAE.
TRIVMPILINI. CAMVNI. VENNONES. VENNONETES.
HISARCI. BREVNI. NAVNES. FOCVNATES.
VINDELICORVM. GENTES. IIII.
CONSVANETES. VIRVCINATES. LICATES. CATTENATES.
ABISONTES. RVGVSCI. SVANETES. COLLVCONES.
BRIXENTES. LEPONTII. VIBERI. NANTVATES.
SEDVNI. VERAGRI. SALASSI. ACITAVONES.
MEDVLLI. VCENNI. CATVRIGES. BRIGIANI.
SONTIONTH. EBRODVNTII. NEMALONI.
EDENNATES. ESVBIANI. VEAMINI.
GALLICAE.
TRIVLATTI. ECTINI. VERGVNNI.
EGVITVRI. NEMENTVRI. ORATELLI.
VERVSI. VELNANI. SVETRI.

*Ptolemaeus statuit trophæa ad mare Ligusticum: quorum reli-
quias Torbiæ nomine superesse, scribit Leander Albertus. Inscri-
ptio ipsa dudum periit. Varias lectiones, eo quod ferè innumera, an-
notandas non putavi. Nam nullus eorum, qui Plinium emendatio-
nis nomine unquam attingere, hoc elogium intactum reliquit. Illud
monen-*

INSCRIPT. ANTIQV.

monendum, Apianum, Golzium in Augusto, & si qui alij inscriptionem his verbis, SVB. IMPERIVM. P. R. REDACTAE. SVNT. Finiri existimant, Plinij mentem non assequi. Cum enim de Alpini populis pleraque scripsisset, subiungit, Non alienum uideatur hoc loco subiungere inscriptionem è trophæo alpium. Cui fini? Ut augustum toties Imp. toties tribunicia potestate auctum sciremus? Non puto. Sed ut indicem daret, gentium quæ illi describenda. Idque ipsa rei natura satis persuadet: trophæis deuictarum gentium nomina insculpi. Quæ verò ad finem sequuntur, Non sunt adiectæ Catianæ ciuitates XII. quæ non fuerant hostiles, sed item attributæ municipijs, lege Pompeia, Plinij verba extra dubium censenda, neque ad elogium pertinent. GENTES. ALPINAE. DEVICTAE. — VINDELICORVM. GENTES. IIII. —. GALlicAE.] Suspicio ternas has appellationes, glossata esse, quæ ex ora irrepperint. Et vix est, quin qui rem diligentius pensitauerit, mecum faciat. Primum Gentes Alpinae. Deuictae. frustra repetitur, Idem prorsus paulo ante dictum, Gentes alpinae sub imperium Pop. Rom. redactas: Neque fert istam iterationem candor Augustei seculi. Dein, si Augusto curæ, ut quæ gentes Vindelica, quæ Gallica, distingueret, cur Reticas præterit? Pleraque profecto Retica. Demum, mouet me potissimum, quod appellationes alieno loco positas video. Vindelicorum gentes sequuntur, Gallicæ præcedunt suam compellationem: Et nisi Simleri correctionem recipimus, qui VINDELICORVM. GENTES. VIIII. restituendum existimat, aliquæ inter utramque superant, quæ ad neutram pertinent. Ideo etiam atque etiam cogitandum relinquo, an has voculas eliminandas, an saltem perturbato ordine positas censeamus. TRIVMPILINI. CAMVNI. VENNONES. &c.] Harum gentium descriptionem notarum breuitas non admittit. Qualemcumque reperies apud Scudium, Simlerum, Stumpfium, & Ortelium: Exactam, à nullo speres etiam si conspiret, quidquid hodie geographorum, & antiquariorum est. Victa fuere alia alias. Reti, Anno urbis DCCXXXIX. Dione auctore lib. 54. Et cum Retis Vindelici, Lepontij, Camuni, Breuni, Genauni, Norici, & pleraque Retorum, Vindelicorum, Noricorum priuata gentes, quas enumerat Strabo lib. 4. Trophæum multo post constitutum, Anno scilicet DCCXLVII. Vix ex numeris IMP.

TERTIA PARS.

32

IMP. XIII. TRIBVNIC. POTESTAT. XVII. liquet. Miror Sigonium, hominem omnis antiquitatis peritissimum, in comment. ad fastos scriptum reliquisse, Elogium Augusto ob vi-
etoriam Germanicam dicatum. Nihilò concinnius Panninius, victorias de Germanis, Pannonijs, Retis, Vindelicis, Gentibus alpinis, Breucis, ac Dalmatis, coniunxit. Quas ut non uno bello, ita diuersis annis partas esse, planissimè ex historijs constat.

6. Florani in agro Veronensi. Ex Smetio, at Smetius ex Torello Sarayna.

Q. CAICILO. CISIACO.

SEPTICIO. PICAI.

CAICILIANO.

PROCVR. AVGVSTOR. ET. PROLEG.

PROVINCIAL. RAETIAI. ET. VINDELIC.

ET. VALLIS. POENIN.

AVGVRI. FLAMINI. DIVI. AVG.

ET. ROMAI.

C. LIGVRIVS. L. F.

VOL. ASPER.

7. COH. I. CR. INGENVOR.

CAICILIO.] Rhenanus rer. germanic. lib. 3. & Stumpfius Chron. Helvet. lib. 10. CAECILIO. Non obscurum est antiquam scribendi rationem, quæ AI pro AE diphthongo habet, ab inscriptionis auctore affectatam. SEPTICIO.] Rhen. SEPTITIO. PROCVR. AVGVSTOR.] Procura-
tori

tori Augustorum. Procuratorum varium munus. Hic illum intelligo, qui vice praesidis ius in prouincia diceret. Stumfius M. Antoninum & L. Verum Augustorum nomine designari existimat. Ego nihil definio. PROLEG. PROVINCIAI.] Prolegato Prouincia. Rhen. PROVINTIAI. RAETIAI. ET. VINDELIC. ET. VALLIS. POENIN.] Stumfius & Rhen. RAITIAI. Obseruandum, Raetiam, Vindeliciam & Vallem Pœninam vnius prouincia nomine censeri. Eam auctores, quibus non vacabat hunc catalogum pertexere, solius Raetia nomine comprehendere: Idque ab Augusti, vel certe Tiberij temporibus, ad Diocletianum usque, vel paullo ante, cum simplex Raetia in duplicem scissa, & Raetiarum nomen primum auditum est. Vallis Pœnina nonnullis Vallesia est, Simlerus, vallem ad Aenum flumen, quæ vulgo Inthal, intelligit. AVGVRI. FLAMINI. DIVI. AVG. ET. ROMAI.] Horum nominum explicationes petentur ab ijs qui de sacerdotijs Romanis, scripsere. VOL.] Voltina tribu. 7. COH. I. CR. INGENVOR.] Centurio Cohortis primæ, fortassis Cretensium Inguenorum. Rhen. Stumfius, & Simlerus lib. 2. de Vallesia, perperam habent, CON. I. CR. Aliqui, COH. I. C. R. Cohors prima civium Romanorum.

7. In promontorio Caietano, Ex Stephano Pighio.

L. MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON.
PLANCVS. COS. CENS. IMP. ITER. VII. VIR.
EPVL. TRIVMP. EX. RAETIS. AEDEM. SATVRNI.
FECIT. DE. MANIBIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA.
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT.
LVGV DVNVM. ET. RAVRICAM.

Lucius Mvnatius, Lucij filius, Lucij nepos, Lucij pronepos,
Plan-

Plancus, inter precipuos suæ ætatis oratores habitus est. Exstant epistolæ, quas ad Ciceronem scripsit, famil. lib. 10. COS.] Anno urbis DCCXII. collega M. Armilio Lepido II. CENS.] Onufri Vrsinus, de familijs Rom. scribens, in gente Munatia, & Aldus in orthogr. Fuit Plancus censor Anno DCCXXXII. collega Paulo Aemilio Lepido. IMP. ITER.] Rhen. lib. 3. & Vrsifius in epit. hist. Basil. ITER. non habent. At ex fragmento alterius inscript. & ex Vrsini nummo, constat Plancum bis Imp. dictum. Quo tempore, quibusq; de causis, mihi non liquet. Probabilis coniectura est, primo Imp. dictum in Gallia vltiori, cum Retos vicit Anno DCCXI. hinc in epistolis cum ipse se, tum illum Cicero Imp. Conf. Desig. vocat. Quid vel prius, vel posterius imperatorium gesserit, legere non memini. Eise enim Appianus Alexandr. scriptum reliquerit, de bellis civil. lib. 5. Plancum bello Perusino legionem Casarianam, quæ Romam peteret, in itinere concidisse, nequaquam tamen existimandum, ex tam inuidiosa victoria titulos quesitos, aut si qui quesiti, confecto bello, Casare victore, retentos esse. Absterrere poterat ab ambitione plena periculi, exemplum eo bello in Nursinos editum, cuius Dion. lib. 48. meminit. Cum eos qui in pælio (confluxerant enim cum Cesare) ceciderant, sepelientes, eorum monumentis inscriberent, Pugnantes eos pro libertate occubuisse, tanta ab eis mulctæ nomine exacta est pecunia, ut urbe, agroque omni cesserint. VII. VIR. EPVL.] Septemuir Epulonum. Festus, Datum autem est his nomen, quod epulas indicendi Ioui, ceterisq; Dijs potestatem haberent. TRIVMP. EX. RAETIS.] Frequentes auctores sunt, qui Plancum A. DCCXI. aut ad rationem lapidum Capitolin. A. DCCX. Ex Gallia triumphasse indicent: De Ratis altum silentium. Sed diligenti cogitatione in eam devenio opinionem, ut existimem actum triumphum ob victoriam in Gallia de Ratis partam, Gallos tunc temporis quietos egisse, locupletissimus testis ipse Plancus est, qui in epistola ad S. P. Q. R. scribit, se habere Prouinciam omnium ciuitatum consensu paratissimam, & summa contentione ad officia certantem. Retos vero, captata occasione civilium dissensionum, excursions in Galliam fecisse, valde est veri.

INSCRIPT. ANTIQV.

verisimile: Cum eum genti, in omnes vicinos morem fuisse Strabo lib. 4. significet. Et hoc est quod Plancus ad Ciceronem scribens, se timere ostendit, Interim maximam hic sollicitudinem, curamque sustineo, ne inter aliena vitia, ha gentes nostra mala suam putent occasionem. Ratos ergo Galliam populantes casus opinor. Nisi malumus à Planco provincia Comitibus quavis de causa, egresso, in proprijs sedibus victos: Et Gallia nomen ideo fastis inscriptum, quod Gallia accesserit, quidquid Retis ademptum. Huiusmodi quid D. Brutus non multo ante conatus. Vti cognoscimus ex eius epistola, qua superest apud Ciceronem lib. 11. Progressus sum ad inAlpes cum exercitu, non tam nomen captans imperatorium, quam cupiens militibus satisfacere: quod mihi videor consecutus. Nam & liberalitatem nostram, & animum sunt experti. Cum omnium bellicosissimis bellum gessi: multa castella cepi: multa vastavi. Non sine causa ad Senatum litteras misi.

RAETIS.] AL. RHETIS. AL. ROETIS. Ego in Pighij, Manutij, & Vrsini fide acquiesco. Ortelius in thes. geographico auctor est, in omnibus lapidibus, Raticum nomen sine asflatu legi. AEDM. SATVRNI. FECIT.] Ita Suetonius in Octau. cap. 29. MANIBIS.] Manutius, & alij, MANVBIS. Vrsinus, MANIBIS. Lipsius de recta pronunc. Lat. linguae, MANIBIS, ut I producta, se equiparet duabus, qua diuisim scribende. LVGDVNVM.] Causam deducende colonie explicat Dion lib. 46. AL. LVGDVNVM. Sed nummi M. Antonij habent, LVGV D V N I. A. XL. Et Dion scripsit, quod nunc Lugdunum vocatur, antiquitus Lugudunum fuisse. RAVRICAM.] AL. RAVRICVM. Falluntur qui Col. Augustam Rauricam, vel Augustam Rauricorum à Planco dictam opinantur. Nam anno DCCXI. quo Plancus cum imperio in Gallia fuit, Octavius nondum Augusti nomen receperat. Ideo certum est, cognomen Augusta, multo post deductionem additum. Plura de Planco hauries ex Vrsino, item ex fastorum commentatoribus Cuspiniano, Panvinio, Sigonio. In quibusdam Plinij exemplaribus corrupte legitur lib. 13. c. 3. L. Plotium, L. Plotij bis consulis, censorisve fratrem, pro scriptura

TERTIA PARS.

34

scriptum à triumviris. Vti etiam in Solino c. 58. L. Plotium fratrem L. Plotij bis consulis, proscriptum à triumviris. Error corrigendus ex Valerio lib. 6. c. 8. Adiunxit se ijs cladi- bus C. Plotius Plancus, Munatij Planci consularis, & censo- rij frater. Porro mausoleum, cui Munatij elogium inscri- ptum, pluribus verbis diligenter descripsit Pighius in Her- cule suo.

2. Magontiaci, ex Smetio.

ATTIO. LANI. F.
MONTANVS.
ANNORVM. XLV.
MIL. COR. RAITORVM.
STIP. XIX.
H. S. E.

Smetius ait stare supernè militem, duo hastilia sinistra re- nentem, altera scuto oblongo imposita. COR.] Stum- fuis, COH. Virumque significat Cohortem. STIP. XIX.] Stipendia nouendecim meruit. H. S. E.] Hic se- pulchrum est.

9. Celeiæ, ex Smetio.

T. VARIO. T. FIL.
CLEMENTI. CL. CEL.
PROC. AVG. PROVINCIAR.
RAETIAE. MAVRETAN.
CAESARIENSIS. LVSITANIAE.
CILICIAE.
PRAEF. AL. BRITANNICAE. MILIAR.
PRAEF. AVXILIARIORVM. TEMPORE.
EXPEDITIONIS. IN. TINGITANIAM. MISSORVM.
PRAEF. EQ. ALAE. II. PANNONIORVM.
TRIB. LEG. XXX. VLP. PRAEF. COH. II.
GALLORVM. MACEDON.
VALER. VRBANVS.
LICIN. SECVNDINVS.
DECVRIONES.
ALAR. PROVINC.
MAVRETAN. CAESARIENSIS.

Dubium est qua etate T. Varius Clemens vixerit, cum eius nulla in historicorum libris extet memoria. At coniectio vixisse sub Antonino Philosopho, & L. Vero; Nam in alia inscriptio AB. EPISTVLIS. AVGVSTOR. dicitur. Expeditionem Tingitanam eo refero, quod Capitolinus scripsit, sub Marci imperio Mauros adeo turbasse, ut Hispanias prope omnes vastarent, Atque res per legatos bene gestas esse. T. FIL.] Absc.

Lazio.

Lazio. Verum is antiquos lapides tam oscitanter exscripsit, ut nequaquam opera pretium existimem, omnes ex eo lectionum differentias annotare. CL. CEL.] Al. CI. CEL. quod Cui Celeiano explicant. Atqui diligenter antiquarij. CL. CEL. cum hic, tum frequenter alias observarunt. Lazius Comment. lib. 12. sect. 4. c. 6. Coloniam duabus litteris CL. significari credidit: quod non probo. Puto Celeiam prænomen Claudium accepisse, eo more, quem explicavi ad 22. & 31. August. inscript. Goltzius mavult legere, Claudia tribu, Celeia Patria. Id si hic admittimus, non certe quadrabit ad alterum Lazij epigramma, in quo DEO. CL. CEL. Decurio Claudie Celeie, me auctore. Plinius lib. 1. c. 24. Celeiam Norici ascribit. Et Lazius duas inscriptiones habet, in quibus Municipium vocatur. PROC. AVG.] Procuratori Augusti. Quidam ineptè PROCOS. AVG. De officio Procuratoris Caesaris, vide Vig. lib. 1. tit. 13. Et ad eum locum Cuiacium, item ad lib. 1. Cod. tit. 50. Ratiā aliquando Procuratorem, praesidis loco habuisse, discimus ex Tacito hist. lib. 1. Duæ Mauretaniæ, Ratiā, Noricum, Thracia, quæque aliæ prouinciæ Procuratoribus cohibentur. Cuius generis Varius fuit, atque Cacilius, quem antea vidimus. AL. BRITANNICAE. MILIAR.] Veget lib. 2. c. 6. Primam in legione cohortem Miliariam vocat, a numero, quod mille pedites excederet. Simili de causa Alam equitum miliariam dictam verisimile est. Perperam al. MILIT. LEG. XXX. VLP.] Legionis trigesimæ Vlpia. Quæ à Traiano instituta, Dion lib. 5. Errant qui VIR. aut VIP. pro VLP. legunt. DECVRIONES.] Decurionem in exercitu XXXII. equitibus præse scripsit Veget. lib. 2. c. 14. Lazius in commentarijs Reip. Rom. tum hic, tum alias, ROETIAM pro RAETIA habet: in illis ipsis inscriptionibus, quas alibi per AF. edidit: Ut satis appareat qua diligentia, & religione in huius generis monumentis versatus sit.

10. Gracij, ex Smetio.

T. VARIO. CLEMENTI.
AB. EPISTVLIS. AVGVSTOR.
PROC. PROVINCIAR. BELGICAE.
ET. VTRIVSQ. GERM. RAETIAE. MAVRET.
CAESARIENS. LVSITANIAE. CILICIAE.
PRAEF. EQVIT. ALAE. BRITTANNICAE.
MILIAR. PRAEF. AVXILIORVM. IN. MAVRET.
TINGITAN. EX. HISPANIA. MISSORVM.
PRAEF. EQVIT. AL. II. PANNONIOR.
TRIB. LEG. XXX. VLP. PRAEF. COH. II.
GALLORVM. MACEDONICAE.
CIVITAS. TREVERORVM.
PRAESIDI. OPTIMO.]

CAESARIENS.] *Apianus CAESARENS. sed correctior est Smetij lectio.* BRITTANNICAE.] *Consentit Apianus. Est orthographiae ratio, & aliarum inscriptionum auctoritas BRITANNICAE. postulat, ita Virgilius,*
toto diuisos orbe Britannos.

MILIAR.] *Puto falli Stumpfium, qui habet, MILIT.*
TRIB. LEG. XXX. VLP. PRAEF. COH. II.] *Totus hic locus corruptus est apud Apianum, TRIB. LEG. XXXV. V. PRAEF. PRAEF. COH. II. GALLORVM. MACEDONICAE.] Verisimile est Gallorum cohortem Macedonicam cognominatam, quod in Macedonia militauerit.*

11. Poeto.

36

11. Poetouion, ex Lazio Comment. lib. 1. c. 3.

T. VARIO. CLEMENTI. PROC. PROVINCIARVM. BELGICAE.
GERMANIAE. SUPERIORIS. GERMANIAE. INFERIORIS. RHOETIAE. MAVRETANIAE. CAESARIENS. LVSITANIAE. CILITIAE.
PRAEF. EQ. ALAE. BRITANNICAE. MILIAR. PRAEF. AVXILIORVM. IN. MAVRETANIAM. TINGITANAM. EX. HISPANIA. MISSORVM. PRAEF. EQ. ALAE. SECYNDAE. PANNONIOR. TRIB. MIL. LEG. XXXV. V. PRAEF. COH. II. GALLORVM. MACEDONICAE. CIVES. ROMANI. EX. ITALIA. ET. ALIUS. PRO VINCIIS. IN. RHOETIA. CONSISTENTES.

RHOETIAE.] *pro RAETIAE.* CILITIAE.] *pro CILICIAE.* LEG. XXXV. V.] *pro LEG. XXX. V.] RHOETIA.] pro RAETIA. Exscriptoris nitia, neq; ita in lapide legi opinor. Latius lib. 12. sect. 4. c. 6. inquit hoc saxum Celsae ex terra erutum, iuxta portam S. Maximilian, qua in Pannoniam iter. At legit, RHOETIAE. CILICIAE. PRAEF. EQ. AL. BRITANNIC. MAVRITANIAM. PRAEF. EQ. AL. II. PANNONIO.*

12. Id

RHETIAE.] Dixi aliquoties, à diligentibus antiquarijs RAETIAM in marmoribus observatam. Latius, T. Varium Pannoniae praesidem, Varians castris in ea provincia nomen dedisse existimat. De castrorum nomine iudicium non interpono. At Varium, Pannoniae praesidem fuisse, ex hac inscriptione non constare posse assero. Quid enim? Civibus Romanis, nulli nisi Praesidi, in provincia titulum ponere licuit?

T. VARIO. CLEMENTI. PROC. PROVIN. BELGICAE. ET. V. TRIVSO. GERMANIAE. RHETIAE. MAVRITANIAE. CAESAR. LVSITANIAE. CILICIAE. PRAEF. EQ. ALAE. BRITAN. MILIAR. ET. II. PANNONIORVM. TRIBVNO. MIL. LEG. XXXV. VLPIAE. CIVES. ROMANI. EX. ITALIA. ET. ALIIS. PROVINCIIS. IN. PANNONIA. CONSISTENTES.

12. In Valeria agro, Ex Lazio lib. 12. sect. 4. c. 3.

13. Met

13. Messanae, ex Smetio.

L. BAEBIVS. L. F. GAL. IVNCINVS. PRAEF. FABR. PRAEF. COH. IIII. RAETORVM. TRIB. MILIT. LEG. XXII. DEIOTARIANAE. PRAEF. ALAE. ASTYRVVM. PRAEF. VEHICVLORVM. IVRIDICVS. AEGYPTI.

GAL.] Galeria tribu. IVNCINVS.] Al. IVNIANVS. PRAEF. FABR.] Praefectus Fabrum. LEG. XXII. DEIOTARIANAE.] Nescio an alibi legionis Deiotarianae nomen extet. Certum autem habeo, alteram esse, ex duabus illis, quas Deiotarus disciplinam, atq; armaturam Romanam constitutas habebat, ut est in Commentario belli Alexandrini. Una earum videtur cesa illo prelio, quo Pharnaces Domitium vicit, & quo (ex eodem commentario) Pontica legione paene tota amissa, magna parte Deiotari militum interfecta, tricesima sexta legio in loca se superiora contulit. Hinc est, quod cum Caesar Deiotarum in gratiam reciperet, alterius tantum legionis mentio fit. Legionem autem, quam ex genere civium suorum Deiotarus natura, disciplinaque nostra constitutam habebat, equitatumque omnem ad bellum gerendum adducere iussit. ASTYRVVM.] Pro ASTYRVVM. qui Hispaniae populi. PRAEF. VEHICVLORVM.] Cursus Vehicularis est Dig. lib. 50. tit. 4. l. 18. Atq; publici cursus species erat. In nummo Ner-

4271

K ue

INSCRIPT. ANTIQV.

ua visuntur iumenta soluta pascentia, cum inscriptione, V. HICVLATIONE. ITALIAE. REMISSA. S. C. IVRIDICVS. AEGYPTI.] *Qui est Iuridicus Alexandria, Dig. lib. 1. tit. 20. l. 2. Cod. lib. 1. tit. 53. l. unica Ceterum Cohors quarta Retorum describitur in Notit. prouinc. sub Duce Armenia, Analiba.*

14. Fuziazi Styriae, ex Apiano, & Amantio.

L. COMINIVS. L. M. L. NATIRA.
L. L. L. PHILOSTRATVS. V. F.
SIBI. ET. SVIS. L. L. L. CILO.
L. L. L. RAETVS. L. L. L. PRIN
CEPS. COMINIA. L. L. VRBANA.
L. L. L. GALATA.

Esst RAETVS hic nequaquam gentis, sed priuatum viri nomen exprimat, quia tamen à gente deductum, totam inscriptionem referre visum est. Sensum ego hunc capio. Lucius Cominius, Lucy, & Marci libertus, Natira: & L. Philostratus, Vini fecerunt sibi & suis libertis, libertabus: Quorum nomina, Lucius Cilo, Lucy libertus: Lucius Ratus, Lucy libertus: I. Princeps, post hunc forsan duplex L. excidit: Cominia Lucy liberta: Urbana, Luciorum liberta: & Galata. Lazius lib. 1. corruptè habet pro CILO. & RAETVS. CCLO. RHETVS. Et post, COMINIA. triplex L.

15. Ro.

TERTIA PARS.

38

15. Romæ. Ex Smetio.

NOMINA. LEG.

II. AVG.	II. ADIVT.	III. SCYTH.
VI. VICT.	III. FLAV.	XVI. FLAV.
XX. VICTR.	VII. CLAVD.	VI. FERR.
VIII. AVG.	I. ITALIC.	X. FRETE.
XXII. PRIM.	V. MACED.	III. CYREN.
I. MINER.	XI. CLAVD.	II. TRAI.
XXX. VLP.	XIII. GEM.	III. AVG.
I. ADIVT.	XII. FVLM.	VII. GEM.
XIII. GEM.	III. GALLIC.	III. ITALIC.
I. PARTH.	II. PARTH.	III. PARTH.

Smetius auctor est, per similem columellam aliam Roma extare, in qua versu antepenultimo, tres hæ præterea legiones babeantur,

X. GEM. XV. APOL. II. ITALIC.

Ita etiam Panuinius Comment. Reip. Rom. lib. 3. nisi quod loca XIII. GEM. & XIII. GEM. inuicem commutauit. Hic obseruauit omnes has legiones sub Imp. Alexandro, tuendo imperio, per limites fuisse dispositas. Reliquas nihil moror. Terriam Italicam à M. Antonino in Retia constitutam ex Dionis lib. 55. discimus. Vidimus in Augustanis lapidibus, huius legionis Legatum, Tribunum, Aquiliferum, & milites. NOMINA. LEG.] Panuinius non habet. Et suspicio est in lapide non legi.

K 2

16. Ex

16. Ex Smetio. Locus non est ascriptus.

C. VALERIO. C. F.
PAP. MARIANO.
HONORES. OMNES.
ADEPTO. TRIDENT.
FLAMINI. ROM. ET. AVG.
PRAEF. QVINQ. AVGV.
ADLECTO. ANNON. LEG. III.
ITALIC. SODALI. SACROR.
TVSCVLANOR. IVDICI.
SELECTO. DECVR. TRID.
DECVRIONI. BRIKIAE.
CVRATORI. REIP. MANT.
EQVO. PVBL. PRAEF. FABR.
PATRONO. COLON.
PVBLICE.

PAP.] Papia, scilicet tribu. FLAMINI. ROM. ET.
AVG.] Roma, & Augusti. Quorum templum in quarta re-
gione urbis, apud Sext. Rufum. PRAEF. QVINQ.] Pra-
fecto Quinquennali. Erat in nonnullis urbibus quinquennalli-
tas magistratus genus. Spartianus narrat, Hadrianum quin-
quennale in patria fuisse, Item Hadria, quasi in altera pa-
tria. AVGV. ADLECTO.] Auguri adlecto. Augu-
res enim ab auguribus legebantur. Exceptis ijs temporibus
quibus lex Domitia obtinuit; hac ius subrogandorum sacerdo-
rum.

tum, à collegijs ad populum transtulit, Et aliquoties abrogata,
aliquoties restituta est. ANNON. LEG. III. ITALIC.]
Annonarius Legionis, qui annonam procurabat. Hinc apud
Iuriconsultos. Annonaria causa, Annonaria collatio, Annona-
ria praefectura, Annonaria potestas. CVRATORI. REIP.
MANT.] Reipublica Mantuanor. Est autem Curator Reip.
index rerum ad civitatem pertinentium. De cuius officio Vl-
pianus singularem librum scripsit.

17. Ex Smetio.

CN. LAVDIVS. CN. F.
FAL. THALLVS,
MIL. COH. X. PR.
7. LIM. ITEM. TESSE
RARIVS. IN. LEG. III.
ITALICA. AN. VI. TRA
IECTVS. IN. COH. XI. PR.
7. P. SATRI. QVI. MIL.
ANN. XXIII. VIX. ANN.
XLII. H. F. C.

Cn. Laudius, Cn. F. Falerina tribu, Thallus. Miles cohortis X.
Pratoria, Centuria Limi. Item Tesserarius in legione III. Ita-
lica. An. VI. traiectus in Cohortem XI. Pratoriam, Centuria
P. Satri. Qui militavit Ann. XXIII. Vixit Ann. XLII. He-
redes fieri Curaverunt. Panvinus Comment. lib. 3. Et Aldus
iunior in or. b. graph. a, ad verbum, Transfere, numeros aliter
habent, MIL. ANN. XIX. VIX. ANN. XLII. Sed cum con-
stet

INSCRIPT. ANTIQV.

stet milites à Romanis adolescentes scriptos, satis intelligimus Smetij lectionem veriore esse. H.F.C.] Aldus, & Panuinius, H.F.S.C.A. Sunt autem Tessery, qui tesseram, hoc est ducis praeceptum, per contubernia nuntiant. Veget. lib. 2. c. 7. & Plutarchus in Galba.

18. Abudiaci ad Danubium, ex Auentino.

I. O. M. STATORI.
FI. VET. VIE. AVVS.
LEG. III. ITA. AREVER
SVSABEXPEDIEBVRICA
EX. VOTO.
POSVIT.

In tantis tenebris id unum dispicio, Ioui optimo maximo Statori, à nescio quo milite legionis tertia Italica, votum solutum esse.

19. Ro.

TERTIA PARS.

40

19. Romæ, ex Cesare Baronio, in prætermissis secundæ editionis annalium ecclesiasticorum.

10. C.

D. M.
GN. POMPEIO. POMPEIANO. EQVO. PVBLICO. TRIBVNO. LEGIONIS.
III. ITALICAE. PRAEFECTO. COHORTIS. AFRO RV. M. IN. DACIAM. POM
PEIA. CLEOBYLA. ET. CLEOPATRA. FRATRI. KARISSIMO.

EQVO. PVBLICO. 3 Quid fuerit equus publicus, patrum comperit esse, facit Sigonius de antiquo iure cit. Rom. lib. 2. c. 3. Constat tamen ex 6. Ciceronis Philippica, fuisse equites quosdam Rom. qui equo publico decerentur; illisq; equum a Consoribus assignatum, apparet ex Livy lib. 39. Quibus ceteroquin differentis à reliquo equitum ordine distanti, ad nostrum hoc institutum nihil inesse. Idq; etiam paullo ante ad C. Valerij Mariani inscriptionem monendum erat. IN. DACIAM.] Pro, In. Dacia. Aliquot huius generis exempla antiqua, collegi in notis ad Paternulum, Iacobus Tac. N. Schekrius, Cuius ingenio faueo, quod cum castius in hisce studiis, quam vulgo solent, versari intelligo.

SECCVN. SECVNDIN. VET. LEG. III. ITAL. PETEIVLA.
SEVERIO. CONI. EVS. SIBI. ET. SECCIAE. SECVNDINAE. FIL.
ET. MARIIS. MAXIMO. ET. SECVNDO. NEPOTIBVS. SVIS. VI
VI. FECERVNT. ET. IVL. APRICIO. FIL. MIL. LE G. SS. BF.
PRAEF. STIPEN. VI. AN. XXV.

*Quid Lazij diligentie in exscribendis lapidibus tribuam, dixi. Hanc ipsam in script. edidit in Comment. Reip. Rom. lib. 12. sect. 4. c. 6. & cum alia varie, tum Secundinum Veteranum Legio-
nis secunde Italice scripsit. MIL. LEG. SS.] Militi Legionis suprascripta. BF.
PRAEF.] Beneficiario praefecti. *] Al. o. significat Apricium mortuum agentem an-
num xxv. Errat porro Lazius, quod Leg. III. Ital. cum Leg. III. Aug. & Leg. III. Alpina,
confundit. Alpina nomen obscurius est: Sed Augustam diversam esse ab Italica, certissimum est
ex hisq; praesertim Diose, & ex columella quam quinto loco ante hanc inscriptionem reuli.
Neq; id Lazius in Commentarijs ignoravit, lib. 5. c. 10. Quamquam etiam eo loco multa inconfi-
deratè de terijs legionibus scripsit: Illud imperitiosissime, quod Teriam italicam pleriq; Liuyte-
simonijs confirmat, cum liquido constet à M. Antonino primum institutam.*

Ha-

Haftenus inscriptiones, quas ad res Augustanas pertinere posse observavi. Addam quae ex nummis, & lapidibus idonei auctores frustatim produxere. Vno Hadriani nummo excepto, quem dabo integrum. Reliquorum exempla integra extare valde cuperem, Mibi diligenter inquirenti, ea videre non contigit.

Panvinus Comment. Reip. Rom. lib. 3. ex lapide veteri.
COLONIA. AVGVSTA. VINDELICORVM.
Suspicio est, haec hausta ex monumento C. Iulij Vettij, in quo
AVG. VINDELICVM. *neque Colonia ascripta.*

Golzins in thesauro rei antiquariae. 18. ex Tiberij nummo.
COL. AVGVSTA. VINDELICOR.
Visuntur aliquot Augusti nummi, in quibus pini conus. Illos
Golzins in Augusto c. 14. ad Augustam Vindelicorum retulit.
Vnus à tergo quadrigas triumphales habet, vehentes pini con-
um, cum hisce litteris, TI. CLAVDIVS. TI. F. NE-
RO. COS. IER. IMP. IER. Nescio an hic Golzins eo
spectarit, esset enim coniectura audacior, Cum Augusta Vin-
delicor. nomen in nummo non extet, Et Ad. Occomulio veri-
similius crediderit Germania typum exhiberi.

Golzins in thes. c. 7. ex veteri inscriptione.
LEG. X. VINDELICOR. VICTRIX.
Huius legionis nomen nullibi legere memini. Ptolemaeus in
Pannonia Legionem X. Germanicam posuit, Eam Antonius in
itinerario geminam dixit, & statuit inter Vindebonam, & Com-
magenas. Quod indico, si cui forte credibile videatur, primas
Vindebone litteras, quae cum Vindelictis communes sunt, caus-
sam errori praebuisse.

Golzins in thes. c. 6. ex veteri inscriptione.
AVXILIA. VINDELICORVM.
Modestus de vocabulis rei militaris, Auxilia à socijs vel fo-
deratis

deratis gentibus mittebantur. Adiungit plura de auxilijs, quae transcripsit Veget. lib. 2. c. 2. Tacitus non semel Auxilia Rætica habet, Hist. lib. 1. & lib. 2. bis, Quo nomine Vindelica etiam auxilia comprehendere existimo, Nam certum est illa etate Vindeliciam Rætia accensam. In notitia provinciarum orientis, sub dispositione Maximi militum praesentis, inter Auxilia Palatina vulgo sunt VINDICES, sed Alciatus legit, VINDELICI.

Golzius in thes. 8. ex vetusta inscriptione.

COH. XXIII. VINDELICORVM. IN PHRYGIA.

Tacitus Annal. lib. 2. de Arminio, Incubueratque sagittarijs, illa erupturus, ni Rætorum, Vindelicorumque, & Gallicae cohortes signa obiecissent. Nullus mihi alius de Vindelicorum cohortibus locus obuius, sed persuasum habeo, quod de auxilijs dixi, sub Ræticis comprehensas.

Panninius Comment. Reip. Rom. lib. 3. ex vetusto lapide.

COLONIA. AVGVSTA. RHETORVM.

Panninius V. per Rætiam Colonias statuit, nimirum Augustam Quinctanorum, Augustam Tiberij, Augustam Rhetorum, Constantiam, & Curiam, atque singulas antiquorum lapidum auctoritate confirmat. Vereor ne aliena fide scripserit, in tribus Augustis Auentinum potius, quam lapides sequutus. Ut sit, si qua Colonia Augusta Rætorum (ita rescribendum erat) in marmoribus legitur, existimanda est una eadem cum Augusta Vindelicorum, quod opportuniori loco docebitur.

Golzius in thes. c. 18. ex Tiberij nummo.

COL. AVGVSTA. RHAETORVM.

Aperiam quid, nescio quam verè, verisimiliter aliquando senserim. Extant nummi Tiberij a tergo COL. AVGVSTA. PRAETOR. inscripti, horum aliquem carie exesum, coniectorem audacem impellere potuisse, ut parum mutatis prioribus litteris, vetustate fugientibus, ex ingenio RHAETOR. substitueret.

substitueret. Nequaquam sanè, quod ignorem Augustam Vindelicorum à plerisque auctoribus Augustam Rætiam cognominatam, sed quod mihi non constet id à Tiberij etate usque obtinuisse. Viam etiam ad hanc suspicionem munivit R. littera asperatio, Cum Fortassis, detritis primis duabus litteris in nomine PRAET. simplex R. spatium non explere videretur.

Sebastianus Erizius, in numismatum explicatione, quam Italicè scripsit, Hadriani nummum arcum exhibet, Cui à parte aduersa Imperatoris effigies, & haec littera.

HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P.

Auersa tres milites cum signis militaribus erectis, & illis obuius eques porrecta dextera, Atque haec epigraphe,

EXERCITVS. RAETICVS. S. C.

Monui ad inscript. Augustanam 32. Videri aditam ab Hadriano Rætiam, atque disciplinam militarem in ea constitutam: Quae etiam Erizij sententia, Ex Spartiani loco. Cum enim scripsisset Spartianus, Inde in Germaniam transijt, pacisque magis quam belli cupidus, militem quasi bellum immineret, exercuit, Plura deinde instaurati antiqui moris exempla subiunxit. Quae eo non refero, quod Rætia Germaniae provincia sit, ut Erizius sensit; sed quod Imperator Germaniam adisse videri possit, cum provincias Romanas, Germanis obiectas, adiit, ex quibus procul dubio Rætia. Quidem? An non Spartianus ostendit barbaricum solum non attigisse, cum pacis magis quam belli cupidus dixit;

Golzius in thes. c. 7. ex vetusta inscriptione.

LEG. VI. GEM. RHAETICOR.

Nullum huius legionis vestigium inuenire potui. Est in Mysia superiori Antonino Ratiaria, Ptolemaeo Ratiaria, siue Ratiaria: Antoninus ibi Legionem geminam constituit, sed numeros XVIII. ascribit. Cogitandum tamen, an ad huiusmodi scopulum impegit Golzius. Neque enim dissimulo, cum quid existius generis frustulis producit, cuius aliunde auctoritas nulla constat, assensum sustinere soleo; Eo magis, quod co-

INSCR. ANT. III. PARS.

gnitum habeo, Golzium litteras non ubique reddidisse, ut in moribus innenerat, Sed explicasse interdum, verba cōtractius, & per compendium scripta, ea ratione, quā ipse interpretanda existimauerat.

Golzius in thes. c. 8. ex vetusta inscriptione.

COH. VI. RAITORVM.

Meminit Tacitus Raiticarum Cohortium Annal. lib. 2. & hist. lib. 1. In notitia est sub dispositione Ducis Retia prima, & secunda, Tribunus Cohortis sextae Valeria Ratorum Venaxamodoro. Apud Smetium f. 165. inscript. Vicedy habetur E 2. COH. VI. R. quod puto Golzium sequutum.

Golzius in thes. c. 6. ex vetusta inscriptione.

ANNONA. LEG. III. ITALICAE.

Fortassis hac ex elogio Valerij Mariani, quod produxi superius. Et in quo ego Annonarium Legionis interpretor, sententia ita volente.

ADDENDA.

Notis ad inscriptionem, 27. Augustanam.

Liberi Diū Deaque adiutores, fortassis idem cum Dijs Manibus. Quod mors in libertatem afferat, uti & in Securitatem. Inde est in epitaphio M. Saluij, quod exiat in auctario Lipsij ad inscriptiones Smetij pag. 52. DIBVS. SECVRIS. pro eo quod in alijs, DIS. MANIBVS. Et si hac coniectura sedet, intelligimus Romani inscriptionem nequaquam ad Votum Solutum, sed ad sepulchri epigraphen pertinere, & postremas litteras V. S. L. L. M. significare, Viuus sibi locum legit monumento.

Notis ad inscriptionem 18. peregrinam.

Caliginem offudit scribendi compendium in hisce litteris, LEG. III. ITA. REVER SVSABEXPEDIEBVRICA. Ea nunc discussa, legendum liquet, Legionis tertiae Italicae miles, Reuersus ab expeditione Eburica. Quae verò Eburica expeditio adhuc quero, Esi plura gentium & vrbiū nomina, quae huc alludent. Subdubito etiam an in lapide EXPEDIT BVRICA. expeditione Burica. Tacitus Barrios prope Marsignos, Gothinos, Osos, ad terga Marcomanorum Quadorumque describit.

CORRIGENDA.


Folio 3. pagina 2. versu 10. sit. corrige sic. F. 4. p. 1. v. 14. hoc.
 hic. F. 5. par. 2. v. 11. lib. 2. c. 7.) F. 6. p. 1. v. 5. inten-
 dant. intendat. v. 11. furere. fuere. v. 21. Anulum. Anuli-
 num. F. 7. p. 2. ver. 11. uxoris. uxori. v. 16. acud. apud. F. 10.
 p. 1. v. 4. Sasimum. Sosimum. F. 12. p. 2. v. 1. inscriptionem.
 inscriptionum. F. 14. p. 1. v. 11. Tusco. Fusco. v. 20. & littera-
 rum. ex litterarum. F. 15. p. 1. v. 1. nomini. numini. v. 10. A V
 SINVS. AVSIMVS. p. 2. v. 23. Hadrumento. Hadru-
 meto. v. ult. quod si. dele. F. 16. p. 1. v. 19. ipsum. ipsam. v. 35.
 numini. nummi. F. 17. p. 1. v. 3. ἀδελφίδην. ἀδελφίδην. v. 24. Mar-
 tiana. Marciana. F. 18. p. 1. INSCRIPTIONVM QVÆ
 IN AGRO AVGVSTANO. Secunda pars. INSCRI-
 PTIONES QVÆ IN AGRO AVGVSTANO.
 F. 19. p. 1. v. 3. Augustæ. Augusta. F. 21. p. 2. v. 3. Agrippa.
 Agrippæ. F. 22. p. 2. v. 26. COLPVRNIAM. CALPVR-
 NIAM. F. 29. p. 2. v. 10. ἱπῶος collaticia. ἱπῶος cæna colla-
 ticia. F. 31. p. 2. v. 10. Catiana. Cottiana. v. 35. pleraque. ple-
 raque. F. 32. p. 1. v. 11. CAICILO CAICILIO. p. 2.
 v. 14. Aenum. Oenum. F. 33. p. 2. v. 6. Comites. limites.
 F. 34. p. 1. v. 18. Hic sepultus. Hic situs. F. 35. p. 1. v. 4. diligen-
 ter antiquarij. CL. diligentes antiquarij. CL. v. 11. DEO.
 CL. DEC. CL. v. 16. Vide Vig. Vide Dig. v. 29. præsse. præ-
 esse. F. 36. p. 1. v. 1. Pærouione. Pærouione. F. 40. p. 1. v. 1.
 editionis annalium. editionis primi somi annal.


Libri di stampa d'Aldo, che si trouano al presente.


Antiquæ inscriptiones Marci Vellerei. 4. noua	L	1	f.
Armandi Belouitii Declaratio difficultatum terminorum Theolo- gia, Philosoph. atque Log.	L	1	f. 10
Asconij Pediani Comment. in Orat. M. T. C. 8.	L		f. 15
Aminta fauola Boscareccia di Torquato Tasso con Figure, 12.	L		f. 6
Detta in 4. con figure.	L	1	f.
Andrea Bacci, dell'vso, & bontà dell'acque, & modo di beuer fresco, 4.	L	2	f. 10
Agricoltura nuoua, & Casa di Villa di Carlo Stefano. 4.	L	4	f.
Aggiunta alle Rime, & Prose del Tasso, con il suo ritrat- to, 12.	L		f. 8
Breuiarium Romanum, in 8. Roma	L	3	f. 10
Comedia Straccioni del Commendator Annibal Caro, 12.	L		f. 6
Agnella di Carlo Turchi, 8.	L		f. 8
Catechismus Latino con figuris, 8.	L	2	f.
Detto Volgare figurato, in 8.	L	2	f.
Comment. Cæsaris cum scholijs, & additionibus Aldi Iunio- ris, 8. nouo.	L	3	f. 10
Censorinus de die Natali, ab Aldo Manutio Iuniore emen- datus, 8.	L		f. 12
Concilium Tridentinum cum figuris 8.	L	1	f. 10
De perfectione hominum, Philippi Mocenici, fol.	L	7	f.
De Fascino D. Leonardo Vairo Beneuen. in 8. nouo.	L	1	f. 4
De natura Demonum, Io. Laurentij Ananiz, 8. nouo.	L		f. 15
De Quæstis per Epistolam, Aldi Iunioris, 8.	L	1	f. 4
De Senatu, & Antiquitatibus Romanarum, Pauli Manutij, in 4.	L	1	f. 4
Discorsi della Penitenza sopra i Sette Salmi di Nicolò Vito di Gozze figurato, in 8. nouo.	L	2	f.
Discorso di Cosmografia, 8.	L		f. 4
Epitome orthographia, Aldi Iunioris, 8.	L	1	f.
Epitome Inuolutionis Auni, Pauli Clarantis, 4.	L		f. 8
Epistole Pauli Manutij, 8. noue.	L	2	f.
Epist. M. T. C. Fam. cum P. Manutij Comment. fol. noue	L	10	f. 10
Idem ad T. Pomponium Atticum, cum P. Manutij Commen. fol.	L	9	f. 6
Detto Volgari in 8.	L	2	f. 10
Familiar Latine con tauole noue.	L	2	f. 10
Essame dell'ingegno dell'huomo per apprendere le Scienze, con tauola, 8.	L	1.	f. 10
Eleganze insieme con la copia della lingua Toscana Latina, d'Aldo Giouaue. 16.	L	1	f. 4
Forno, ouero trattato della Nobiltà, di Torquato Tasso, 12.	L		f. 10

Germani Audberti Venetia, 4	L 2 f.
Gouerno del la famiglia di Nicolò Vito di Gorze, nouo 3	L 1 f. 10
Herculis Ciofani Commen. in Ouidij Metamor. 8	L 1 f.
Luca Patti de Mensuris, & Ponderibus in fol. con figure.	L 1 f. 10
Locutioni dell'Epist. Fam. scielte da Aldo Giouane, 16	L 1 f. 4
Lettere Facere, piaceuoli di diuersi Autori primo, & secondo libro, 8	L 3 f. 10
Modi famigliari di dire, scielti da Aldo Giouane, 8	L 1 f. 4
Noua Disciplina, & vera arte militare del Brancaccio, fol.	L 3 f. 10
Opera Cardinalis Contareni, fol.	L 9 f.
Orationes M. T. C. Pauli Manutij Comment. primo, secondo, & terzo tomo, fol.	L 18 f. 12
Orthographia Manutiana in tauole, nuoua	L 1 f. 6
Officio Romano con 45. Image in rame, in 12.	L 7 f.
Osseruatione intorno alle bellezze della lingua Latina, in 8. nuoue.	L 1 f. 10
Oracoli Politici, 8. noui	L 1 f. 15
Opera Ciceronis cum noui Manutiorum Comment X. volumi. fol.	L 62 f.
Orationes M. Antonij Mureti, 8	L 1 f. 4
Off. M. T. C. cum Aldi Manutij Iunioris Comment. fol.	L 4 f. 10
Progymnasmatum Latinitatis Iacobi Pontani de societate Iesu, 3. nouo	L 1 f. 4
Padre di Famiglia, di Torquato Tasso, 12	L 1 f. 6
Philosophia M. T. C. Aldi Manutij Iun. Comment. fol.	L 9 f. 6
Quaestiones Grammaticales, Nicodemo Frischlino, 8.	L 1 f. 10
Rinaldo Innamorato di Torquato Tasso con figure, & tauole, 12.	L 1 f. 15
Rhetorica M. T. C. cum Aldi Manutij Iun. comment. fol.	L 18 f. 12
Idem in 8.	L 3 f.
Rime, & Prose di Torquato Tasso, con figure, prima, & seconda parte, 12.	L 3 f.
Rime Amoroze di Sauino Bobali sordo, 4. nuoue.	L 1 f. 10
Strigilis Grammatica Nicodemo Frischlino, 8.	L 1 f. 10
Repubblica Venetorum Gasparis Contareni in 4. noua.	L 1 f.
Trattato della Demonomania, ouero Streghe, di Io. Bodino in 4. nuoua.	L 4 f.
Tragedia Calisti di Carlo Turchi, 8.	L 1 f. 8
Vicissitudine, ò Mutabile Varietà delle cose nell'uniuerso volgar. 4.	L 2 f. 10
Virgilio con Annotationi, & Tauole, 8.	L 3 f. 10
Vitæ Sanctorum, Suriij, & Lipomani, fol. compite. VI. vol.	L 49 f. 12
Vanità del mondo, Laurentio Giustiniano, 4.	L 1 f. 15
Vita Cosimo Medici, scritta da Aldo Giouane, fol.	L 6 f. 4











Inscriptiones ant. Aug. Vindob.